



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Triplex Statvs; Ecclesiasticvs, Religiosus, & Sæcularis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Liber LVI. Simonia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80707](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80707)

SIMONIA.

DE Simonia vitio, quod non semel in Beneficiis ac Pensionibus, in aliisque rebus Ecclesiasticis assolet perpetrari, in presenti tractationem instituens, exprimam, quid sit ac quod duplex simonia. Pretij simoniaci diuisionem aperiam. Materiam eius quae est res spiritualis, vel spirituali annexam indicabo. Causas à Simonia excusantes expediam. Penas contra Simoniacos praescriptas recensabo. Et restituendi, quae simoniace sunt accepta obligationem attexam.

SECTIO PRIMA

De Simonia Receptiores absque lite Sententiae.

CAPVT I.

Quid, ac quod duplex Simonia?

Simonia
definitio.

SIMONIA, cuius nomen ductum est à Simone Mago emere volente Spiritus sancti donum, *Act. 8. Est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum pro temporali re, vel pretio.* Dicitur voluntas studiosa, id est deliberata, vt excludatur motus voluntatis non plene deliberatus, aut ex inculcata proficiens ignorantia Aut illa promissio, qua quis animo non quidem vere emendi, aut soluendi, sed decipiendi tantum, pollicetur aliquid temporale pro re sacra. Quia talis non habet vere emendi voluntatem, nec peccet graviter, alterum ad Simoniam inducendo, & externum Simonie opus praestando. Dicitur *emendi, & vendendi*, quibus signatur omnis commutatio, & omnis contractus non gratuitus, sine sit vera emptio, siue locatio, siue permutatio. Quia omne pactum, quo datur ius spirituale sub conditione, & onere, quod iure non est annexum, est Simoniacum. Adicitur *aliquid spirituale*, id est, quod aliquo modo supernaturale est, vt sunt gratia gratum faciens, Spiritus sancti dona, virtutes supernaturales, gratiae preuenientes, & gratis datae, Sacramenta, officia ecclesiastica, consecrationes, ac benedi-

ctiones Ecclesiae, ornamenta sacra, vasa, Tempia, &c. Adicitur, *vel spirituali annexum*, hoc est, quod cum aliquo spirituali habeat connexionem. Vel antecedenter, vt ius patronatus, vel consequenter, vt beneficia ecclesiastica, quia supponunt officium diuinum. Vel concomitanter, vt labor in praedicando, in ministrando Sacramenta. Apponitur demon: *pretio temporali*, si enim datur spirituale pro spirituali, non erit proprie Simonia, tametsi enim huius peccati consistit in eo, quod spiritualia pretio humano, vel re aliqua humana pretio estimabili commutentur. D. Thoma. 2. 2. quest. 100. a. 1. 1. syn. l. 4. ar. 10. cap. 81 §. 1. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 1. Lellius l. 2. c. 35 dub. 1. Azor. p. 3. l. 12. c. 1. q. 6 Reginald. 23. c. 121. Bonac. de simon. d. 1. q. 1. n. 1. & 2. Fill. tr. 45. n. 2. & 3.

Diuidio in primis Simoniam in eam, quae est diuina iure prohibita, & in eam, quae iure ecclesiastico. Iure diuino prohibita dicitur, tametsi scilicet naturali. Quia ratio lumine si dei edocta prohibet naturaliter quodammodo dicat, dona supernaturalia in temporales contractus non esse deducenda. Perfecto in lege gratiae de Simonia vitanda praecceptum datum non est, sed tantum naturale praecceptum explicatum matris. *Gratis acceptus gratis date.* Laym. l. 4. tr. 10. c. 8 §. 6. n. 61. Suar. to. 1. de Relig. l. 4. c. 2. Bonac. de simon. d. 1. q. 3. n. 1. & 2. Fill. tr. 45. c. 1. q. 3. & 4. & 5. Ex genere suo est peccatum lethale contra religionem, nec datur in ea veniale ex paritate materiei, sed tantum ex inconsideratione, vel ignorantia habente veniale negligentiam admittentem. Quia ius, quod est tam ex parte materiae, quam ex parte obiecti, fit extrinsecum in actione vendendi re sacra malitia rei intrinseca quando

potest esse
leui.

intrinseca, unde dispensari in ea non potest, nisi materia talis actionis mutata. Attamen in foro exteriori puritas materie potest à simonia excusare, scilicet, quando pretium est longe inferius re tradita, quia tunc rationabiliter venditio non præsumitur ex c. *Et si qu. de sim.* ubi dicitur, non commississe simoniam cum, qui dedit equum Cardinali, à quo eiusdem frater erat accepturus Pallium; quia cum esset diues, equus erat quid modicum respectu illius decif. 480. Bonac. de sim. d. 1. q. 3. n. 11. c. 12. Snar. de Relig. t. 1. l. 4. c. 2. n. 3. Diana p. 5. r. 5. resol. 2.

4
Datur si-
monia iure
humano
prohibita.

Alia etiam simonia datur iure tantum humano prohibita, quia Ecclesia potest prohibere, ne res aliqua rei Sacrae adnexa vendatur, in talis rei reuerentiam. Verum plures inuenio, quarum venditione simonia iure humano tantum prohibita committitur. Prima est, permutatio beneficii cum beneficio alio absque legitima superioris auctoritate. Secunda resignatio beneficii propria auctoritate facta cum pensionis reservatione. Tertia, venditio beneficii. Quarta, alicuius rei ratione examinis acceptio. Quinta, venditio officii Ecclesiastici spiritualis, seu onus spirituale habentis. Hæc simonia propria est temporis legis gratia, atque ideo positua potest appellari. Est mortale peccatum ex vi suæ speciei, quia est eadē cum simonia contra legē naturalem, quare etiam eiusdem substantialis gravitatis existit. Azor. l. 2. c. 1. q. 2. Reginal. l. 2. n. 155. Lessl. l. 2. c. 35. n. 25.

5
Simonia
Mentalis,
Conventio-
nalis &
Realis.

Secundo diuido simoniam in Mentalem, Conventionalem, & Realem. Mentalis est duplex, una sumitur pro interno proposito committendi simoniam, etiam si nullatenus exteriorem præbeat in actum, ut alia vitia mentalia. Alia accipitur pro illa actione, quæ fit mente simoniaca, sed ex se, & circumstantiis simoniam non præfert. Dum autem iura de simonia mentali loquuntur, non sunt intelligenda de simonia mentali hoc primo modo explicata, quia solum propositum sub penas Ecclesiasticas cadere non potest, cum Ecclesia de internis non iudicet. Conventionalis est illa, quando non solum est propositum internum, sed etiam ad externam conventionem proceditur, sine tamen executione saltem vtrinque facta: & hæc conventio fit verbis expressis, & directis, vel obliquis & obscuris, aut nutibus. Unde hæc simonia duplex est, altera, in qua neutra ex parte ad actum exteriorē proceditur dandi, vel recipiendi, seu quæ vtrinque tantum in promissione consistit. Altera, quæ ex una parte exterius cōpletur, ex altera vero non datur, cum alius dat statim spirituale, alius autē solum temporale promittit, vel è contrario. Realis autem dicitur, quando pactio ex utraque parte est completa saltem inchoatē, ut si collatio beneficii facta sit, & pars pretij soluta. Lessl. l. 2. c. 35. dub. 6. Reginal. l. 2. n. 153. Nauar. sum. c. 23. n. 102. Filliu. tr. 45. c. 10. q. 1. Azor. p. 3. l. 12. c. 11. c. 2.

CAPVT II.

De triplici simoniaco pretio.

6
De munere
à Manu.

Triplex est pretium, quod pro re spirituali tradi solet, cuius traditione simonia committitur. *Munus à Manu, à Lingua, ab Obsequio* c. saluator. l. 9. 3. vocabulum *Munus* Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VI. l.

non ita accipiendum ut significet donum liberale, ac gratuitum: sed potius debitum iustitiæ commutatiuæ, adeoque gravamen aliquod. Per *Munus à Manu* intelligo non solum pecuniam, quod est pretium propriè dictum: sed etiam re omnē materiale mobile: quæ quomodocumque pretio sit æstimabilis: item debiti remissionem, aut dilationem solutionis. Tolet. l. 5. c. 84. n. 5. Suar. l. 4. c. 38. num. 7. Nauar. c. 3. num. 101. Filliu. tract. 45. num. 12. Sylui. 2. 2. q. 100. a. 5.

Per *munus à Lingua* intelligo laudē adulationem, preces pro aliquo interponendas, ex vi pacti expressi, vel taciti, ut res aliqua spiritualis vicissim conferatur: v. c. si quis det Antonio beneficium, ut pro se Principem exoret. At si nullum pactum præcessit, vel si preces postulate non fuerint à beneficij, vel rei spiritualis collatore, censentur factæ gratis, & simoniæ culpam non inducunt. D. Th. 2. 2. q. 100. a. 5. ad 3. Suar. l. 1. cap. 40. numer. 12. Lessl. l. 2. cap. 35. num. 118. Nauar. cap. 23. num. 102. c. 107.

Per *munus ab Obsequio* intelligo quæcumque obsequia alia, aut seruitia alicui præstita, vel præstanda sub obligatione conferendi beneficium Ecclesiasticum vel aliam rem spiritualem, v. g. si quis collatori sine alio salario inferuire velit, cum expresse, vel tacito pacto conferendi beneficium. Tamen simonia non erit alicui gratis inferuire, aut alia obsequia præstare cum spe ut in eorum remunerationem ad Ecclesiasticum quibus beneficium præstentur, aut instituantur, modo pactum absit implicitum. Bonac. de sim. d. 1. q. 1. §. 1. n. 8. Filliu. tr. 45. n. 6. Profecto hæc diuisio in *Munus à Manu à Lingua & ab Obsequio*, sufficiens est, ut necessarium non sit, aliud membrum adicere, quia omnia bona temporaria, & externa, quæ in commutationem veniunt possunt, vel ad bona fortunæ spectant, vel per verba vocis aut scripturæ, vel per alia corporis membra præstari valent. Laym. l. 4. tr. 10. c. 6. l. 2. §. 5.



CAPVT III.

De simoniæ Materia quæ est rei spiritualis?

Materia simoniæ est res aliqua Sacra spiritualis, & supernaturalis. Unde committitur hoc vitium vendendo gratiam simonia est sanctificantem, Eucharistiam, & alia Sacra, res Sacra, menta, atque Sacramentalia, reliquias, &c. se spiritualis dixerim de misericordiarum operibus exterius, nempe de actionibus & obsequiis sepe naturalibus, liendi mortuos, iuuuendi infirmos, &c. quia hæc opera ex se non sunt res Sacra: sed naturales. Reginal. l. 2. n. 208. Filliu. tr. 45. n. 23. Valent. l. 3. d. 6. q. 16. p. 2. Hinc quis culpam simoniæ incurrat, quis ab huiusmodi labe liber euadat, hæc conclusionibus enuntio.

Simonia est, pro iure sepulture: siue ut quis in certo Ecclesiæ loco possit sepeliri aliquid simonia est, tanquam pretium exigere. Tamen licet pretium datur non possit pro sepultura aliquid exigi, ut re, aut ex pretium, poterit, si sponte offeratur pro iure vel sepultura.

vel si diuturna consuetudine sit receptum, ut aliquid sine turpi exactione detur. Imò si quis certum locum ecclesiae vel cimiterij sibi, siueque familiae tanquam proprium velit vendicare, non video esse prohibitum, pro cuiusmodi iure aliquid exigere, praesertim ubi consuetudo viget, quia talis obligatio incumbens Clericis, quòd aliud eo in loco sepelire non possint pretio est aestimabilis. D.Th. 2. 2. q. 100. a. 4. ad 3. Suar. l. 4. c. 14. n. 17. Sylvest. v. *simon.* q. 11. Arag. 2. 2. q. 110. a. 4. ad 3. Sylvi ibi. *concl.* 2.

Omnia Sacramentalia, ut publicae benedictiones, & caeremoniae, quae sunt in Sacramentis conferendis, siue permanentia, ut benedictio aquae, aut olei, calicis consecratio, sunt simoniae materia, quia sunt res spirituales, siue considerantur secundum eorum principium supernaturale à Christo Domino virtute accepta potestate instituta: siue considerentur secundum eorum finem, si quidem ad animarum salutem spirituales per se, ac directe ordinantur, cum in Ecclesia de simon. Suar. l. 4. c. 14. Navar. sum. c. 23. n. 99. Layman. l. 4. tr. 10. c. ult. n. 35.

Suscipiens Ordinem praei pretio, simoniacus est, & collatores Ordinem accipiendo aliquid occasione ordinationis, quamvis sponte offeratur, candelas tamen, ex Sacrae Congregationis declaratione excipio. Porro Notarius cui salarium alia ratione constitutum non est, potest aliquid pro litteris dimissoriae, vel Testimonialibus loco stipendij accipere, quia non tenetur gratis operam suam praestare. Imò Trid. sess. 21. c. 1. dat facultatem recipiendi decimam vnius anni partem in his locis, in quibus inuenerit aliquid recipiendi consuetudo, c. si quis, de simo. c. sicut Episc. 1. q. 2. Suar. l. 4. c. 53. n. 3. Reginald. l. 2. 3. n. 200. Lessi. l. 2. c. 35. dub. 10.

In spirituali functione, qualia sunt divina officia, orationes publicae, aut privatae quatuor possunt spectari. Primum, ipsa actio, qua talis est. Secundò labor intrinsecè coniunctus. Tertiò, labor extrinsecus annexus. Quartò, minister sustentatio. Simonia quidem est, aliquid dare, vel accipere pro ipsis actionibus spiritualibus, quae spirituales sunt, quia hoc est sanctitatem rei pretio aestimare. Non est verò simonia, aliquid dare, vel accipere pro labore extrinsecò, siue praei actioni sit Sacrae, siue comitetur, quia labor hic est quid temporale pretio aestimabile. Nec est simonia, si aliquid pro minister sustentatione impertias sub obligatione rei spiritualis, aut si minister aliquid pro sustentatione exigat: imò potest de certo ad sustentationem pretio pacisci, pro ut fert consuetudo. Suar. l. 4. c. 21. n. 15. Reginald. l. 2. 3. n. 139. Valen. 1. 3. d. 6. q. 16. pu. 3. Tol. 5. c. 89.

Omnis actus iurisdictionis Ecclesiasticae est simoniae materia, quia sicut potestas Ecclesiastica spiritualis est tum ratione principis, tum finis: ita etiam actus ab ea procedentes. Vnde simoniacum est, pretium dare, vel accipere pro abolitione a peccatis, pro delegatione facultatis ad confessiones audiendas, pro data alieni licentia, ad Confessarium eligendum, pro indulgentiarum concessionibus, quamvis pecuniae contributio ad piā causam applicanda exigat possit per modum Eleemosynae, tanquam requisitae conditionis ad indulgentiam lucrandam. Similiter pro absolutione à censuris, & omni actu iurisdictionis contentiose quidquid accipere, est prohibitum. Item est simonia

pro votorum dispensatione aliquid exigere: licet Episcopus possit imponere onus Eleemosynae largiendi pauperibus, vel Monasterio. Suar. t. 1. de Relig. l. 4. c. 19. n. 4. c. Ad nostram, de simon. Filluc. tr. 45. c. 4. q. 9. & 10. Lessi. l. 2. cap. 55. dub. 9.

Simonia autem non est pro materia remota Sacramenti, quae semper est aliqua res naturalis, ut aqua, oleum, chrism, panis, vinum, materia pretium accipere, quia ut sic res quaedam est materia materialis, & venalis, cum in Ecclesia de sim. canon. D.Th. c. 2. q. 100. a. 2. Filluc. tr. 45. c. 3. q. 4.

Nec vendere ipsam materiam rerum Sacramentum secundum se pretio aestimabilem, ut Sa. Et pro ven. cros calices, vestes, numismata benedicta, &c. di. non amittit ob consecrationem, licet nonum valeat Sacramentum ex consecratione non assequatur. Suar. l. 4. c. 14. n. 6. Navar. c. 23. n. 108. Colet. v. *simon.* reg. 1. Filluc. tr. 45. c. 3. q. 10.

Nec aliquid exigere pro doctrina Theologiae naturalis, seu metaphysica, quia doctrina haec non est res supernaturalis, sed actus naturalis intellectus adducens alterum ad cognitionem naturalem. Suar. l. 4. c. 18. n. 9. Layman. l. 4. naturalis. tr. 10. c. ult. §. 4. n. 30.

Nec vendere licentiam ad docendum Theologiam, quia concedendo alicui cathedram, datur licentia docendi Theologiam & cathedra, cuius ad vendere licet absque simonia, quia nec potestas docenda, ex qua datur, spiritualis est, sed temporalis: Theologia nec actus, ad quem datur, est spiritualis. Vnde nec vendere Magisterium Theologiae simonia erit, quia actus docendi, ad quem huiusmodi Magisterium ordinatur spiritualis non est. Suar. l. 4. c. 18. n. 14. Layman. l. 4. tr. 10. c. ult. §. 4. n. 31. Lessi. l. 2. c. 55. n. 83.

Nec aliquid exigere, vel accipere pro sustentatione personae Religiosae, si Monasterium sit, inops sit, & regula Ordinis id permittat. Quia hic nihil spirituale venditur, sed solum existit quaedam necessaria conditio (in ingressu, vel in professione) ut alij Religiosi non graventur, non enim tenentur maiorem inopiam subire, ut alij admittantur, quando admittendi possunt facile id incommodum evitare. Si autem Monasterium sit dives, & ubia erit quæst. sess. 2. discutienda D.Th. 2. 2. q. 100. a. 3. ad 4. Syl. ibi. *concl.* 2. Bona. de sim. di. 1. q. 4. §. 8. n. 2. Filluc. tr. 45. c. 4. q. 6. Suar. l. 4. c. 17. num. 18.

Pro actus spiritualis omissione aliquid exigere, non est proprie simonia, quia nulla spiritualis actus omisso non est quid sacrum, & actus spiritualis supernaturalis. Tamen huic contractui, quo nullus omittit aliquid datur, vel exigitur pro actus spiritualis omissione, si fiat sine iusta causa, est quaedam turpitudine simoniae affinis, quia dum exigitur, vel offertur pretium pro actus spiritualis omissione, tacite innuitur, actum illum esse vendibilem. In multis tamen casibus liceret modo cum huiusmodi omissione coniunctus non sit iurisdictionis actus, qui cum ipsa omissione pretio vendatur. Vnde simonia non erit primo cum pretium accipitur pro Sacro non audiendo, vel pro non recitando divinum Officium, vel pro non concionando, &c. licet aliunde sit illicitum, quia iuxta, ac simplex omisso horum actuum non est aliquid Sacrum, aut spirituale. Suar. l. 4. c. 8. n. 26. Filluc. tr. 45. n. 19. Valen. 1. 3. d. 6. q. 16. punct. 2.

DVBYM

ESCOB
Theol: Mor
Tom: LVIV
E. IV

10
Et pro Sacramentalibus recipere pretium.

11
Et pro Ordine suscipiendo.

12
Et pro spiritualibus functionibus.

13
Et pro iurisdictionis Ecclesiasticae actibus.

CAP. V. IV.

De Simonia materia, rerum
scilicet, quæ spiritualibus
sunt annexa.

20
Generam.
dicitur
rei Sacra
per anne-
xionem.



Licet dicuntur res Sacrae per anne-
xionem, quæ ex se materiales, vel
naturales sunt: per coniunctionem
tamen, seu vinculum cum re Sacra Sacra, seu
spirituales censentur. Tripliciter autem potest
quid dici alteri connexum. Primum, anteceden-
ter: illud verò dicitur antecederet conne-
xum rei Sacrae, quæ Sacram rem præcedit, seu
supponitur rei Sacrae, cui connectitur, ut sunt
vala Sacra, Sacrae vestes. Secundum, comitanter,
nempe quod comitur rem Sacram, eique
intrinsece coniungitur, & est veluti pars.
Vnum totum cum re Sacra componens, ut
est labor ad rem, seu actionem Sacram agen-
dam requisitus. Tertio, consequenter, quod sci-
licet consequitur spirituale, & est veluti effec-
tus illius rei spiritualis, quam consequitur, ut
sunt beneficia, hæc enim divina consequun-
tur officia, quia propter divina officia sunt in-
stituta, & dicuntur diuinis officiis annexa
consequenter tanquam ab ipsis dependencia.
Reginald. l. 2. c. 115. Fillius tract. 45. cap. 5.
quest. 1. 2. 3. Liymann. l. 4. r. 10. c. 8. num. 3.
Valent. l. 3. d. 6. quest. 16. punct. 1. Vgo in
1. ab. 1. cap. 34. de simon. Sylui. secunda secunda,
quest. 100. a. 4.

21
Annexum
spirituali,
ratione con-
nexionis est
simonia ma-
teria.

Si generatim loquar annexum spirituali ra-
tione connexionis, quam habet ad illud, est si-
monia materia. Unde vendi non potest absq[ue]
illa, quia spirituale vendi non potest nec ut
res venditur, nec ut ratio venditionis: hoc enim
ipso pretio aestimaretur. Tamen si anteceden-
ter adnexum spirituali per se spectetur, non
est materia simoniae, & vendi potest, quia se-
cundum se est pretio aestimabile, nec valorem,
& estimationem amittit ob coniunctionem
cum spirituali, si absque relatione ad spiritua-
le spectetur D. Thom. 2. 2. qu. 100. a. 4. ad 1.
Suarius l. 4. cap. 23. num. 8. Fillius tract. 45.
cap. 5. quest. 4. Bonac. de simon. d. 1. quest. 10.
4. §. 2.

22
Beneficium
quoad ius
spirituale
in ipso in-
clusum, est
simonia ma-
teria.

Beneficium quoad ius spirituale in ipso
inclusum est simoniae materia contra ius di-
uinum, quia iura spiritualia, quæ posita sunt
in aliqua spirituali potestate, vendi non pos-
sunt. Nec beneficium vendi potest, etiam ha-
bito respectu ad temporale commodum, quod
in ipso adest. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 24.
num. 4. Fillius tract. 45. c. 5. §. 5. c. fin. de pact.
capit. super eo, de transact. capit. Tua nos de
simon.

23
Pontifex
potest sepa-
randa præ-
bendam ab
officio spi-
rituali dare

Pontifex summus, qui potest separare præ-
bendam ab officio spirituali, potest etiam dare
beneficium cum onere solvendi partem fru-
ctuum, & accipere totum valorem pensionis
simul: atque adeo dare beneficium exhibenti
pecuniam, facta separatione præbendæ, secus
non facta. Episcopus verò, qui separare præ-
bendam ab officio spirituali, potest etiam dare
beneficium cum onere solvendi partem fru-
ctuum, & accipere totum valorem pensionis
simul: atque adeo dare beneficium exhibenti
pecuniam, facta separatione præbendæ, secus
non facta. Episcopus verò, qui separare præ-

Esch. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

bendam ab officio nequit, nec etiam potest beneficium
vendere beneficia absque simonia contra ius cum onere
diuinum: nec imponere super beneficio pen- resolucendi
sionem: licet aliquando super personam ha- partem fru-
bentem beneficium possit. Multo minus pri- elum. Epi-
nat's personis licebit, beneficia vendere, cum scriptu. vi-
neq[ue] iis liceat ea locare nisi per triduum, & nime.
si fructus vendi per totam vitam possint. Vgo
lin. tab. 23. num. 108. §. 9. Suar. l. 4. c. 24. n. 23.
Fillius tract. 45. c. 5. §. 10. & 11.

Pensiones mere temporales, quæ etiam lai-
cis ob iustam causam designari possunt, ex
Ecclesiasticis proveniunt, sine simonia ven-
duntur, ac redimuntur. At pensiones pro-
priè spirituales, quæ ad spirituale ministerium
designantur, v. g. Concionatori, coadiutori Epi-
scopi, sine simonia emi, ac vendi nequeunt.
Pensiones autem mixtæ, quæ Clericorum qui
dem propriæ sunt, verum non ob spirituale
ministerium, sed ob aliam causam designatæ,
v. g. propter clericum pauperatatem, senium, liris
compositionem, beneficij resignationem, licet
vendi, ac emi nequeant, tamen redimi possunt,
saltem ubi constitutio Pij V. cuiusmodi pensio-
nibus obligationem officij deiparæ inpo-
nenti, recepta non est, quia redimere talem
pensionem, non est, emere aliquod ius spiri-
tuale, sed onus temporale extinguere. Tolet.
l. 5. c. 52. Suar. l. 4. c. 26. n. 5. Lessi. l. 2. c. 35. dub.
22. D. ana p. 4. r. 4. ref. 153. Sylui. 2. 2. g. 100.
a. 4. concl. 1. 2. & 3.

24
Pensiones
mere tem-
porales:
vendi ac
redimi pos-
sunt spi-
rituales non.
Mixta ve-
rò possunt
redimi non
vendi.

Beneficiorum permutatio, si priuata pa-
trone, & sine legitima Episcopi auctoritate
fiat, non solum irrita; sed & simoniaca est ex
iuris ecclesiastici dispositione, quia iure Ca-
nonico omnis pactio prohibetur in beneficiis:
permutatio autem non celebratur sine pacto:
& hoc fit ob periculum, suspensionem, & oc-
casionem simoniae, & alia incommoda, quæ
facile sequi poterant, si permissum fuisset, be-
neficia priuata auctoritate permutare, capit.
Quest. 1. m. c. cum olim de rerum perm. c. Au-
dinimus 4. de simon. Suar. l. 4. cap. 31. num. 14.
Reginald. l. 2. n. 263. Nauar. c. 23. num. 100.
Fillius tract. 45. n. 12. & 13.

25
Beneficio-
rum permu-
tatio sine
Episcopi
auctorita-
te facta si-
moniaca
est.

Beneficiarius, qui beneficium litigiosum
cum multis expensis fuerat assecutus, si po-
stea, dum in pacifica possessione existit, illud
alteri resignat coram inferiore à summo Præ-
fule, cum pacto, ut is, cui beneficium resignat,
soluat expensas: simoniam committit, quia re-
signatio hæc non est pura, cum exigat tempo-
rale pro spirituali, nullo enim alio titulo exi-
git expensas, nisi quia beneficium illi resignat.
Suar. l. 4. c. 35. n. 24. Reginald. l. 23. cap. 18.
Fillius tract. 45. n. 35. Simonia item est, si coram
Episcopo resignationem recipiamus, ut
si quis dicat, ego resigno meum beneficium
tuo nepoti, vel amico: tu verò resigna tuum
mibi, vel nepoti meo, quia præterquam quod
hæc renunciatio sit in fauorem, continet re-
ciprocæ resignationis pactum, quod omnino
extra casum permutationis est iure verum.
Idem à fortiori affirmo de renunciatione tri-
angulari, quæ inter tres fieri solet, verbi gratia
Renuncio meum beneficium in fauorem Pe-
tri, ut Petrus suo cedat Paulo, & Paulus suo
mibi cedat, quia hæc non est resignatio pura,
nec fieri assollet sine pluribus pactis, quæ in
Ordine ad Prælatum inferiorem non per-
mittuntur.

26
In resigna-
tione bene-
ficii quan-
dum si-
monia com-
mittatur.

mittuntur. Lessius l. 2. cap. 35. n. 87. Suar. l. 4. c. 35. n. 18. Reginal. l. 23. n. 250. Bonac. de si. mo. d. 1. q. 4. §. 14. n. 4.

27 *Quid per-*
missum sit
obortu lite
de re spiri-
tuali par-
tibus.
Lite de Ecclesiastico beneficio oborta, vel de aliare spirituali, non prohibentur partes gratis, & amicaliter inter se eam componere: quod duobus modis fieri potest. Primo, si unus sponte & gratis iure suo cedat, si tamenque deferat: nil autem obstat quominus postea donum ex gratitudine sibi oblatum accipiat. Secundo, si in arbitros compromittant, ut illi parti rem eam adiudicent, quae potiori iure nisi videtur. Transactio tamen simoniaca est, in qua ex una parte beneficium Ecclesiasticum, ex altera vero parte res temporalis datur, remittitur, aut retinetur. Quia transactio reciprocus contractus, & species quaedam commutationis rei temporalis cum spirituali. Cap. Cum pridem, de pact. Bonac. d. n. g. 4. §. 15. n. 3. Profecto licet controuersum, quae circa alias res, vel iura spiritualia versantur, terminari possint, offerendo, vel retinendo aliquid spirituale id tamen concessum non est in materia beneficii, nisi Praelati auctoritas intercedat. Suar. l. 4. c. 51. assert. 2. & 3. Episcopus demum ac iudex delegatus parti litiganti per modum transactionis ad iudicare potest annuat pensionem in compensationem expensarum, vel ad uitae necessariam sustentationem. Cap. Nisi essent, de prabend. Bonac. citat. numer. 9.



CAPVT V.

Sex Titulos à Simonia labe excusantes annuero.

28 *Primus*
titulus à si-
monia libe-
ratis est li-
beraliter,
seu gratin-
do.
PRIMVS est Liberalitatis, vel Grati- tudinis. Vnde cum aliqua res temporalis, vel spiritualis gratis mere datur: vel etiam ex gratitudine ob recognitionem alterius rei spiritualis, vel temporalis, Simonia non committitur. Quia non datur tanquam pretium, nec offertur ad extinguendum debitum iustitiae, sed debitum morale, quod non obstat, quoniam id, quod traditur, gratis tradi dicitur. Suar. l. 4. c. 5. n. 4. Laym. l. 4. tr. 10. c. 8. num. 8. Valer. 10. 3. d. 6. q. 16. pun. 3. Nauac. sum. c. 23. n. 102.

29 *Secundus*
sustentatio.
Secundus titulus sustentationis. Quia qui altari seruit, de altari debet vivere: cum sustentatio iure naturali debeat. Vnde excusantur Ecclesiastici ministri accipientes pias oblationes, vel alia stipendia ex consuetudine, vel legibus Ecclesiae praescribentibus aliquid pro certis muneribus exhiberi. Tolet. l. 5. c. 88. num. 8. Nauac. 23. num. 106. Filliac. tr. 45. num. 27. & 28. Suar. lib. 4. cap. 45. numer. 7.

30 *Tertius la-*
bor extrin-
secus.
Tertius est labor extrinsecus seu per accidens ad uictus operari, vel spirituali, ille scilicet sine quo tale opus fieri non potest, quia huiusmodi labor in se est aliquid temporale, pretio estimabile, nec ob constitutionem ad opus spirituale

estimationem amittit, cum ei per accidens, & extrinsecus sit adiacens. Nauac. c. 23. numero 101. & 102. Reginal. l. 23. n. 119. Lessi. l. 2. cap. 35. n. 45. Suar. l. 4. c. 21. n. 15.

31 *Quartus*
Libertatis
primatus.
Quartus est Libertatis primatus, vel temporalis commodi, quod quis deserit spirituale opus gerendo. Quia primatus huiusmodi est pretio estimabilis: Ergo aliquid pro ipsa accipi potest habita ratione commodi, quod verisimiliter capere potuisset, si se non tali obstrinxisset obligatione. Lessi. l. 2. c. 35. dub. 8. n. 45. Caiet. v. simonia, reg. 4. Nauac. sum. c. 23. n. 106.

32 *Quintus*
Exactionis
impositio.
Quintus est Inimica exactionis, dum scilicet pecunia traditur ad tollendam vexationem, qua quis circa rem spirituale affligitur. Secus dixerim, si vexatio sit iustitiae enim non licet, media pecunia tollere vexationem, quia parte iusta est. Quia pecunia tradi videtur pro acquirenda re spirituali, cuius vexatio acquisitionem impedit. Cap. dilectus, de simon. Filliac. tr. 45. num. 6. & 7. Nauac. consil. 70. de simon.

33 *Sextus*
Consuetudinis
do.
Sextus est Consuetudo, quae quidem solummodo habet locum ad tollendam simoniam iure humano inducitur. Quia lex humana potest consuetudine obligari non solum in partem, verum etiam in totum: non solum quoad penam, verum etiam quoad culpam. Attamen consuetudo non est titulus sufficienter excusans acceptionem, vel traditionem rei temporalis pro spirituali per modum pretij. Quia hoc est intrinsecus malum, & simoniacum contra ius naturale diuinum: nulla autem consuetudo potest induci, quae ius naturale, vel diuinum abroget. Filliac. tr. 45. num. 40. Suar. l. 4. c. 6. 1. n. 16. Azor. p. 3. l. 12. cap. 19.



CAPVT VI.

Contra simoniacos penas latas recenseo.

34 *Sola simonia in ordine*
ne beneficium
& Relatio
in ipsa
su pena
incurrit.
NELLA simonia nisi in Ordine, beneficiis ac Religionis ingressu, penas iuris ipso facto incurrit. Simonia etiam mentali nulle iuris poenae feruntur. Quia Cap. Mandato, de simo. Pontifex ait: Simoniaci mentali satis esse, si per solam poenitentiam suo satisfaciunt Creatori de peccato, nec resignare debent, quod per simoniam mentalem acquiritur. Nauac. 23. n. 111. Diana p. 4. tr. 4. resol. 157. Tolet. l. 5. cap. 93. numero secundo Syluac. v. Simonia, quasi. 19.

35 *Simonia*
realis de or-
dinibus
multa sunt
poenae.
Poenae simoniae reales in ordinibus sunt haec. Prima: Conferens ordines est excommunicatus. Secunda: Est suspensus a collatione cuiusvis ordinis, etiam primae coelevationis. Tertia: Est suspensus ab omnium munerum Pontificalium executione. Quarta: Interdictus est illi ecclesiae ingressus. Quinta: Si contra suspensionem, vel interdictionem illud egerit, est suspensus ab administratione iurisdictionis ecclesiae &

Secl. I. De Simonia Recept. Sent. 103

à perceptione fructuum omnium suorum beneficiorum. Sexta. Nemo potest præter Romanum Pontificem illius aboluere, etiam delictum sit occultum. *Extra. Cum desistat de simo.* Bulla Sixti V. ed. ta in male promouere, & promotos. *v. Caterum si quis An- ristes.* Lessi. l. 2. c. 3. §. dñb. 24. Qui ordinem aliquem per simoniam realem suscepit, Primo est ipso facto excommunicatus. Secundo, est suspensus ab executione suorum Ordinum. Tercio, si præsumptum in illa su pensione ministrare, irregularis efficitur: deinde per Bullâ Sixtiana ipso facto priuatur omnibus dignitatibus ac beneficiis, & ad ea sit inhabilis. Quarto, eius absolutio pertinet ad summum Præfulem, similiter & dispensatio. Si verò casus sit occultus, & seposita Bulla Sixti, posset Episcopus abluere ex Tridentino. *Diana p. 4. r. 4. resol. 157.*

36
Pena si-
monia in
ordine ad
collationem
vel rece-
ptionem be-
neficij.

Porro qui beneficium confert, vel procurat alteri per simoniam realem, eligendo, præsentando, postulando, intuituendo, &c. est ipso iure excommunicatus. Nomen beneficij intelligo Abbatiam, Prioratum, Rectoratum, prouinciatum, Generalatum, quædianatum, &c. portell. *v. simonia*, §. Suar. tom. 5. d. 3. §. 1. sect. 4. num. 45. *Diana p. 4. r. 4. resol. 156.* Qui vero beneficium per simoniam realem acquirit, primo, est ipso facto excommunicatus, & cunctis omnis prouidio & collatio huimodi nulla est, iurique nullum impertitamen electio non est irrita, si simonia pro institutione cõstituit. *Conar. Reg. peccatum*, p. 2. §. 8. Lessi. l. 5. c. 3. §. num. 138. Tercio, sit ad idem beneficium inhabilis obtinendum: & si simonia sit publica, & ad forum externum deducta, per solum præfulem summum hæc inhabilitas tollitur. *Cap. Nobis fuit, de simo. Cap. penul. de elect.* Si autem sit occulta tolli per Episcopum potest. Quia nullo iure hæc Pontifici reueretur. *Lessi lib. 2. capite 35. num. 140.*

37
Pena si-
monia circa
Religio-
nis ingres-
sum.

Simonia quidem regis circa Religionis ingressum his est obnoxia pœnis. Primo, singularibus personis tam dandis, quam accipientibus excommunicationem inducit. Secundo, conuentui, seu Capitulo, si consenserit in hanc simoniam, inducit suspensionem. Tamen hæc censura non habet locum in doctis, quæ Monasteriis feminatum datur. Ita Martinus V. statuit. Imò consuetudo illa doctis exigenda non pro ingressu Religionis, sed pro alimentis Monialis, passim tanquam licita passim permittitur, præcipue si tenuis sit Monasterium. Tercio simonia ad Religionem admissi videntur iure inhabiles, ad manendum in illo Monasterio, ubi sic recepti sunt, indigentque Ordinis dispensatione ut possint acquirere ius præbende Regularis, & vocis actiue, & passiuæ, non tamen sic receptus tenetur se reliquorum commodis spoliare, nisi per superiorem aliud Monasterium ingredi compellatur. *Cap. 1. de Regul. Nact. cons. 4. de Regular. n. 25. Suar. l. 4. c. 61. num. 7.*

38
Pena si-
monia
confidentia
& que

Simonia confidentia ext tna est, & pœnas iuris infert, si alicui beneficium aliqua ratione procures cum pacto, ut is, qui beneficium accepturus est, illud idem tibi, vel alteri aliquando resignet: aut ut pensionem ex

eo, vel fructus aliquos alteri præstet. Præterea simonia confidentia est, admittere in beneficiorum resignatione, præsentatione, & collatione, quidam retrocessionem, quas vocant *Accessus Regressus, & Ingressus*, quibus significatur intra quædam accedendi, regrediendi, & ingrediendi ad beneficium ex una parte, & onera beneficij seu beneficiarij ex altera. *Accessum* enim dicar ad beneficium habere, si Prælati cupiat mihi nepoti (v. gr. illius) id addicere, sed quia per ætatem sum incapax, confert alteri, concessio mihi iure, ut quam primum præscripta a iure ætatem attingero, propria autoritate valeam ad hoc beneficium accedere. *Regressum* autem ad beneficium dicar habere, si id resignem alteri, reservata mihi pensione, & iure regrediendi ad illud, si resignatarius præmoriatur, aut fiat Episcopus, aut si pensionem non soluerit: potest etiam hoc sine pensionem fieri. *Ingressum* demum dicar habere, si beneficium mihi collatum, antequam eius possessionem capiam, alteri resignem, seruat mihi iure ingrediendi possessionem, si ille prius obeat, vel fiat Episcopus, vel ineat Religionem: Quicumque ergo vel sibi, vel alteri eiusmodi iura reueretur, seu onera imponit sine expressa summi Præfatis concessione simoniam confidentialem committit. Vnde Tridentinum *ses. 25. cap. 7.* valide improbat hæc retrocessionem itaquam referentes quædam successione hereditaria imaginem, & tanquam sacris Canonibus contrarias. Colligo, simoniam conventionalem esse solum contra ius Ecclesiasticum, quia hi omnes modi licet re ipsa possunt exerceri, cum pacto externo, si Pontifex annuat, & debite adsint circumstantia. Porro hæc confidentia simonia contrahit excommunicationem Papalem utriusque parti contrahenti: & beneficij privationem, & privationem reliquorum beneficiorum, & pensionem, quæ quid non tenetur simoniacus ante Iudicis sententiã dimittere: & inhabilitatem ad idem beneficium resumendum, & ad alia omnia. Præterea omnia beneficia collata, & accepta in confidentiam simoniacâ sunt fedi Apostolicæ reueretur, ac proinde ordinarius collator non potest ea impetire. Atamen ad hæc pœnas incurrendas, necessarium est, ut simonia impleta sit, dato, & accepto beneficio, licet accipiens vicis in suâ provisionem non impleuerit, v. gr. pensionem, nondum soluerit. *Natur. cap. 23. n. 104. Suar. l. 4. c. 43. n. 13. Ley. l. 4. r. 10. c. ult. §. 7. nu. 77. & 78. Lessi. l. 2. c. 35. dñb. 27. Graf. de si. mo. c. 96. num. 20.*

CAPVT VII.

De obligatione restituendi ea que Simoniaci accipiuntur.

RETIVM acceptum pro re spiri-
tuali restituendum est iure diuino, *Præterea*,
etiam si res non fuerit tradita, & hæc pro spiri-
tali restituenda.

restitutio fieri debet ei, qui tradidit. Quia is adhuc retinet ius ad illud, cum non donaverit, nec habuerit intentionem transferendi illud in accipientem; sed sub conditione, & ex pacto oneroso. Suar. l. 4. c. 59. num. 2. Victoria de simo. p. 2. num. 6. Lessius l. 2. c. 35. n. 170. Nau. c. 23. n. 103.

⁴⁰ Pretium simoniae acceptum, non tamen iniuste haud est restitutioni obnoxium iure naturali diuino. Quia obligatio restituendi ob delictum, non consurgit ex delicto quolibet, sed ex peccato iniustitiae: at simonia non est iniusta, sed irreligiosa. Pretium vero simoniae simul iniuste acceptum, videlicet pro re spirituali, restituendum est tam ex iure naturali diuino, quia ex violatione iustitiae commutatur oritur restituendi obligatio. Tum quia accipiens aliquid supra

quo sibi debetur, peccat contra iustitiam, & ad restitutionem obligatur: sed accipiens pretium pro re spirituali, accipit aliquid, supra id, quod sibi debetur: Ergo. Nauar. cap. 23. num. 103. Suar. l. 4. cap. 59. num. 35. Layman. l. 4. tract. 10. cap. 8. §. 9. Lessius l. 2. cap. 23. num. 162. Sylvest. v. simon. q. 20.

Iure ecclesiastico res spiritualis simoniae accepta, non est restituenda, nisi sit beneficium Ecclesiasticum, sub beneficio autem pensio spiritualis comprehenditur. Quia videtur eadem ratio. Cetera autem spiritualia vel dimitti non possunt, ut sunt sacramenta, nisi quoad viam in ordinibus, vel non sunt dimittenda ante sententiam. Tamen quod ad pretium attinet, illud iure positum est restituendum. rias V. Extravag. Cum de essabi. l. Lessius l. 2. c. 28. dub. 30. Layman. l. 4. r. 10. n. 85.

SECTIO SECVNDA.

De Simonia Dubia.

CAPVT VIII.

Circa Simoniae constitutionem, seu essentiam.

DVBIVM I.

An Simonia sit crimen contra iustitiam?

⁴² Est contra iustitiam.



IMONIAE vitium ita execrabile & detestandum, ut nullo modo lenitas materiae in eo sit admittenda, est contra iustitiam. Quia dispensator, cui a domino mandatum esset bona aliqua gratis erogare iniustitiam committeret, illa vendendo. Cum igitur homines rerum spiritualium domini non sint, sed solum dispensatores. 1. Cor. 4. sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei: & ex alio capite illis mandatum sit haec omnia gratis impertire Mat. 10. Gratis accepistis, gratis date: sic sane, pro illorum collatione iniuste pretium expostulare, ac recipi. Sic Sotus l. 9. de iust. q. 5. artic. 1. Valent. como tertio disput. sexta quaestio. 16. punct. 4.

⁴³ Contra iustitiam non est, quia neque contra ius respectu Dei, cum ibi eum nulla re prius non est, neque respectu eminentis spirituale domini, cum longe plus illi detur, & maioris valoris, quam pretium ab illo exhibitum. Adde, saepe vendentem spirituale

se aliqua utilitate spirituali, vel temporalis priuare: ut sibi beneficium, grana benedicta, Missam, vel sacrificium vendat, quod pro se poterat applicare. Ergo iniustitiam non committit pro his rebus pretium aliquod postulans. Ita Nauarra lib. secund. de rebus capite secund. numero 385. Suarez lib. quart. capite 4.

Ego autem existimo, non in quolibet venditione rei spiritualis iniustitiam inueniri, sed in illa solum, ex cuius datione nullum incommodum vendens patitur, nullumque amittit emolumentum, Quia qui habens beneficium, & illo uti potens, venderet, si ne dubio se temporalis utilitate priuaret: Ergo pro damno illo pretium abique iniustitia exigere posset. Quando vero nullum damnum patitur ex bonorum spiritualium concessione, pretium exigere iniustitia erit. Quia gratis tenetur exhibere. Constat ex parte Lessius lib. 2. capite 35. dub. 28. numero 158. Neque obstat nomen esse beneficiorum dominum, sed ministrum, & dispensatorem Christi Domini mandatis gratis haec dona exhiberi. Quia non est minister, ac dispensator, cui necessario onus dispensandi illa bona subest: habet enim potestatem illis vendendi.

DVBIVM II.

Si constituat ex bonis propriis quis aliqui ordinando titulum, seu patrimonium, recipiatque ab illo promissionem de nihil postulando ad sustentationem: committitne simoniam?

PRaeimitto, consistere simoniam in emptione & venditione, quae absque aliqua Nomina se premitte.

re habente rationem pretij effici non possunt. Distingunt autem Doctores triplex pretium, *Munus à manu, munus ab obsequio, munus à lingua.* Porro sub munere à manu comprehenditur remissio debiti, aut remittendi debitum promissio. Unde *Capite penultimo de simonia* tam ordinans, quam ordinatus suspenduntur: eo quod petierit ordinans ab ordinando promissionem nihil ab eo postulandi in debitam sui sustentationem: eo quod sine titulo illum ordinibus intianerit; nam Episcopus ordinans vel presentans aliquem ordinandum sine titulo, illum tenetur alere. *Cap. Cum secundum, de prebend.* Ergo si petit, hanc obligationem sibi remitti postulat aliquid pretio æstimabile, ac proinde ad simoniam sufficiens. Nam requiro nūm constitutus ex bonis propriis alicui ordinando titulum, seu patrimonium, & recipiens ab illo promissionem de nihil ad sustentationem postulando, simoniam committat, vltra peccatum indebitæ ordinationis, cuius est particeps?

46 *Simoniam committit.* Simoniam committit, quia media remissione debiti constituit illi ad ordines titulum. Sicut patronus presentans ad beneficium, si promissionem peteret non exigendi redditus proculdubio simoniacus esset. Sic Nauar. *sum. capite 27. num. 158. Suar. l. 4. de simon. capite 38. num. 5.*

47 *Non committit simoniam.* Non quia remissio debiti non sit munus à manu sufficiens ad simoniam constituendam: sed quia datio patrimonij non est quid spirituale, nec propriè ad ordines presentatio. Ita Card. Tolet. l. 1. c. 48. n. 10.

48 *Probabilis hoc esse credo, postquam legi apud eundem Cardinalem numero 12. ita à Sacra Pœnitentiaria fuisse determinatum, scilicet, non incurrere simoniam, qui ordinatur accepto patrimonio, & pacto adhibito de illo alienando, vel rescindendo.*

principaliter fiant, sit sufficiens ad simoniam contractum constituendum?

Sufficiens est. Quia ait Div. Thom. 2. 2. q. 100. artic. quinto a. 5. ad 3. *Et quodlibet 8. a. Est sufficiens.* 11. illicitum esse ire ad Ecclesiam propter distributiones quotidianas principaliter tanquam propter finem: quamvis non, si propter eas eatur, tanquam propter finem secundarium. Sic Gabr. in 4. distinct. 25. q. 2. Adrian. quodlib. 9. Nauar. *sum. capite 23. numero 101. Conar. lib. 1. Variar. cap. ult. numero 3.*

Non est sufficiens: Quia seclusa pactione, emptio & venditio esse non potest, & Sufficiens consequenter neque simonia. Imò neque ad peccatum mortale qui hæc ageret, damnandus esset: sicut qui propter vanam laudem principaliter recitaret, aut erogaret elemosynam, non damnatur lethalis pactione: sed solum ei dicitur, *Recepisti mercedem tuam.* Ita Sorus l. 9. de iust. quest. 6. artic. secund. Victoria. *relect. de simonia, numero 33. Valent. d. 6. questio. 16. pun. 3. Farinac. l. 1. cons. 75. num. 8. alios citans. Suar. l. 4. de simon. c. 44. n. 11.*

Porro datio spiritualis propter temporale, aut è contra principaliter constituit simoniam, calu, quo aliqua pactio interueniat: nam seclusa pactione, certum est, emptionem & venditionem esse non posse, & consequenter neque simoniam. Et iuxta hanc doctrinam explico textum in *Cap. Tua nos, de simonia*: ubi de eo, qui ad Canonatum rogatus admitti, dicitur si ea intentione datur, ut per temporalia bona spiritualia valeat adipisci: & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi commoda temporalia perciperent, admissuri: sine dubio tam iste, quam illi apud districtum Iudicem culpabiles iudicantur. Explicari enim debet de intentione, qua per temporalia bona, tanquam per pretium spiritualia valeat adipisci: non de intentione, qua per temporalia bona liberaliter donata, spiritualia consequi sperat.

D V B I V M I I I.

Si spirituale principaliter detur ob munera, & obsequia temporalia: propter spirituale consequendum impertiantur: sufficitne ad contractum simonia constituendum?

D V B I V M I V.

An sit aliqua donatio gratuita, vel onerosa temporalis pro spirituali iure Ecclesiastico prohibita sub simonia specie?

49 *Nonnulla suppono.* Suppono, emptionem, & venditionem que ad simoniam requiruntur, debere esse contractum onerosum, quare si gratis, & absque aliqua obligationis legalis impositione detur pecunia, vel aliquid aliud donum prestetur, simonia non est. Hæcque ratione defendo famulum episcopo seruientem absque stipendio, quia medio illo obsequio gratis & absque pacto exhibito, intendit animum illius conciliare, ut beneficio vacaturo donetur. Tolet. *capite 90. numer. 4. Valentin. p. 3. d. 6. q. 16. punct. 3.* Dubito tamen an si spirituale principaliter detur ob hæc munera, & obsequia temporalia, vel è contra hæc obsequia, & munera temporalia propter spirituale consequendum

53 *Prohibita est.* Et prohibita. Quia *Cap. 1. de simonia* Pontifex Gregorius prohibet donari aliquid ab eo, qui ordinatione vel usu pallij. Et quia Trident. sessio. 21. cap. 1. ait: *Quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritia suspicio abesse debet, nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam Clericalis tonsuræ nec pro dimissoriis, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacumque causa, etiam sponte oblato.* Episcopi, & alij Ordinum collatores, & eorum ministri quouis pretexto accipiant. Sic Suar. *item. 1. de Relig. l. 4. c. 49. numero 1. asseren.*

asserens donationem hanc gratuitam prohibitam esse intuitu Religionis, & tanquam simoniacam donationem tam ex sponte recipiētis, quam conferentis. Plures Doctores contestantur.

54
Non est
prohibita.

Prohibita non est. Quia nulla donatio onerosa, quae venditio, vel emptio non sit (loquor extra beneficiorum materiam) est prohibita intuitu Religionis, nec simoniaca in foro conscientiae; nam in externo foro quocumque donatio fiat cum onere dandi spiritualia, nisi iam sit ab Ecclesia approbata, semper dari praesumitur pro ipso spirituali in commutationem: ac proinde ut simoniaca puniatur. In foro tamen conscientiae simonia non erit; sed vel iniustitia, vel aliud vitium. Ita Palao tom. 3. d. 3. de simon. pun. 5. a. n. 1. erudite admodum quaestionem versans.

55
Idem de-
fendo.

Idem defendo, Quia Gregorj prohibitio videtur esse declarata in Cap. sicut Episcopum 1. q. 1. ubi non prohibetur ordinato, quin possit aliquid sponte tribuere: sed prohibetur, si ex pacto, aut exactus, & petitus donet. Porro ad locū Tridentini respondeo, si illae oblationes, & munera sponte conferantur, & non in commutationem, nullam simoniam etiam ex Ecclesiastico iure committi, quia finis, ob quem haec omnia Concilium progit, non est simonia, sed avaritiae affectus, ut ex principio illius decreti constat; intendit enim, ab Ecclesiastico ordine omnem avaritiae suspensionem abesse. Quod vero postea adiecit, contrarias taxas, & consuetudines simoniace pravitati favere, in causa non est, ut dicamus, esse simoniacas; sed simoniae favere, quatenus avaritiae radix est, & fomentum simoniae. Est igitur huiusmodi transgressio avaritiae vitium, ob cuius commissionem, si in gravi materia sit (qualis illa ceteri debet, quae ad animum corrumpendum sufficit) poena excommunicationis infligitur. Haec enim imposita erat in Concil. II. Barcha. cap. 3. & in hoc Trident. decreto censetur renouata.

DVBIVM V.

An gratuita donatio temporalis pro spirituali prohibita sit ut simoniaca in decreto Tridentini sessio. 24. cap. 18.

56
Prohibita
est uti simo-
niaca.

Prohibita est, quia ibi prohibentur examinatores synodales occasione examinis in beneficiis facti, quidquam ante, vel post recipere, alioquin simoniae vitium incurrisse dicuntur tam ipsi examinatores, quam dantes; à qua simonia absolvi nequeunt, (scilicet dantes) nisi dimissis beneficiis, quae quomodocumque antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Ex quibus verbis gratuita etiam donatio prohibetur, siquidem sunt ita absoluta. Sic Suarez tom. p. imo de Relig. lib. quare. capite 49. num. 7.

57
Non est

Non est prohibita ut simoniaca. Quia non colligitur ex hoc textu liberalem donatio-

nem damnari, imò neque illam, quae in stipendium datur: cum nullum verbum sit in eo decreto talem prohibitionem declarans. & mandatum quoad fieri possit, benignius interpretari debeamus, praecipue in gravissimo simoniae vitio, cui gravissima poena sunt impositae. Ita Navarra l. 2. de restit. cap. secund. nu. 188. Petr. Ledel. p. 2. sum. tr. 7. cap. 1. concl. 7. Palao tom. 3. d. 3. de simon. pun. 5. n. 3. & alij.

His haerens, affirmo, prohibitionem Concilij intelligendam esse de receptione per modum pretij, & commutationis vnius rei sum mensi. pro alia, non de datione gratuita, vel de receptione in stipendium. Vel certe prohibetur examinatores, aliquid recipere pro approbatione concedenda: hoc enim esset recipere pro iure spirituali ac beneficium, cum per approbationem ius acquiratur approbato ad beneficium obtinendum. Certe Navar. conf. 67. de simonia, asserit, generale esse, nonquam simoniam committi absque pacto, & conventionem praecedente: & adici, simoniam non esse aliquod minus examinatores impertire, non ut approbetur idoneus, cum sit sufficiens: sed ad eorum benevolentiam captandam.

DVBIVM VI

Committitur simonia, si quis promittens dare spirituale pro temporali non habet implendi intentionem?

Certum est, ad simoniam requiri studio- 59
sam, id est, deliberatam voluntatem emendi, vel vendendi, hoc est, commutandi tempo-
rale pro spirituali. Quae licet verum an promissio dandi spirituale pro temporali absque intentione implendi promissum veram perpetret simoniam?

Committitur simonia vera, etiam ex parte 60
illius, qui intentione non habet dandi promissum temporale pro spirituali, quia sic promittens intendit media sua promissione licet ficta, & deceptorie obligare alium ad dandum v. gr. beneficium: & est contra promittens fidei beneficium intendit alium ad temporale exhibendum. Ergo iam aliquo temporali vnius spirituale, consequitur: siquidem ipsa promissio temporalis est, & pretio aestimabilis: quia onerosa, & multis periculis obnoxia. Sic Navarra comment. ad Cap. ultimum de simon. num. 10. & sum. c. 2. n. 106.

Non committitur simonia conventionalis 61
Quia carens animo donandi spirituale. Non tam-
le pro temporali, aut est contra donandi spirituale pro temporali, caret etiam animo emendi, vel vendendi, emptio enim & venditio est latio, & commutatio vnius pro alio. Igitur esse non potest simoniacus, ex recepta simoniae definitione. Peccat tamen gravissime qui sic contrahit, quia alium inducit ad simoniam saltem mentalem, & externam opus

opus simoniacum facit: non tamen penas à iure infligtas simoniaci incurrit. Ita Ceter. 20. 2. opuse tr. 9. q. 2. Sotus de inst. l. 9. q. 8. m. 1. Tolet l. 3. c. 9. n. 4. Nauar. l. 2. de rest. c. 2. diff. c. 12. n. 39. 1. Lessi. l. 2. c. 3. 5. dub. 1. Suar. ro. 1. de Relig. l. 4. c. 4. 2. n. 4. Manual. de simon. c. 56. num. 6. Valent. d. 6. q. 16. pun. 5.

62
Hanc communem sententiam defendo. Nam licet promissio illa facta pretio sit æstimabilis, non tamen offertur in pretium beneficii receptis est conditio, qua pretium offertur; conferens enim beneficium non id confert pro promissione, sed pro re promissa. Alias esset simonia realis, quotiescumque beneficium daretur, existente aliqua promissione de pecunia pro illo soluenda, siue non; quia illa promissio aliquid reale pretio æstimabile est, in cuius virtute datur beneficium.



CAPVT IX.

Circa obiectum seu materiam simoniae.

DVBIVM VII.

An in casu urgentis, vel extremae necessitatis possit pretium pro Sacramento administrationis offerri?

63
Nonnulla resolo.

RESOLVO materias spirituales in multiplici esse differentia. Alia sunt sacramenta, alia sacramentalia. Alia sunt de foro externo, & iudicialia, alia de conscientiae foro. Profecto indubitatum est, simoniam esse venditionem potestatis communicandi Spiritum sanctum visibiliter: & venditionem gratiae sanctificantis, characteris Sacerdotalis, & similibus. Vnde si seruum Christianum quis venderet, quia Christus annus est. simoniacus esset, quia virtualiter vendit baptismum. Idem dicendum de omnibus sacramentis, simoniam scilicet, esse, pro illis pretium exigi. Cap. cum Ecclesia, de simon. & alibi passim. Quaeritur autem, an in casu urgentis, vel extremae necessitatis possit pro Sacramento administrationis pretium offerri?

64
Potest quidem.

Potest quidem, quia parum extremè indigenti pium est emere baptismum, ne æternum pereat. Sic Sotus l. 9. de inst. q. 6. articulo primo.

65
Non potest.

Minimè potest, quia illa oblatio pretij est interdulec mala: donum enim Dei non licet pecunia possideri. Vnde nequit pecunia offerri alicui iniuste neganti sacramenti administrationem, ut ab ea iniustitia desceat. Quia non alia via desistit ab iniustitia, quam concessione sacramenti. Cum ergo ob concessionem sacramenti offerri pecunia non

possit; neque etiam pro cessatione ab ea iniustitia. Ita Palud. in 4. dist. 25. q. 5. num. 15. Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 35. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 9. à numero 7. & alij communiter.

Existimo, Soti assertionem parum, aut nihil probabilitatis habere. Ceterum etsi seculorum cuncta sententia vera omnino sit, potest quidem pecunia offerri neganti iniuste sacramentum, non pro ipsa sacramenti datione, & in eius commutationem; sed in sustentationem personae, & ad eius voluntatem inflectendam, ac benivolentiam captandam, quia tunc non emitur sacramentum, cum non detur pro illo quasi in illius commutationem. Certe si tibi licet, obligatum ministrare sacramentum mouere, & excitare minus, ac terroribus, affirmando te denunciatum superiori illius iniustitiam, cur non licebit blanditis, & pecunia eundem inflectere? Mecum Valent. d. 6. q. 16. pun. 3. Lessi. l. 2. c. 35. dub. 7. num. 39. Valquez de scandalo, q. 43. a. 8. num. 59. Basil. de Leon. l. 5. de matr. cap. 13. §. 6. n. 32.

DVBIVM X.

In casu utilitatis potius quam necessitatis, potestne quis sine simonia periculo pretium offerre pro Sacramento administrationis, licet ex primat, se pecuniam in Sacramento commutationem non tribuere?

Minimè potest, quia dans pecuniam perniciem illam administrationem, censetur ab illis, qui consensum sunt, simoniacus, & illius criminis cooperator, à quo scandalo, excusari non potest, nisi ex urgentissima causa. Sic Doctores communiter.

Potest profecto, quia si ille suam intentionem manifestet, dicatque, se non dare pecuniam in Sacramento commutationem, sed ne ad redimendam vexationis causam, hoc est, ad benivolentiam ministri captandam, ut prauam deponat voluntatem; non est simoniacum pecuniam sic petenti in qualibet utilitatis gravis occasione tribuere. Ita Valquez de scand. q. 43. a. 8. dub. ult. num. 61. Valent. d. 6. q. 16. pun. 3. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. c. 19. n. 7. Glos. ad cap. Dilectum. Cap. Ad aures, de simon. Cap. Quæstionem 1. q. 3. Anton. ad Cap. Dilectus, Redoan. p. 3. de simon. cap. 11. num. 6.

Idem affirmo. Nam talis datio simpliciter est bona, & ob bonum finem, nullatenusque est in se prohibita: & ex alia parte ad peccatum alterius non concurrat. Exemplo sacerdotis in peccato existentis ac male administrantis: quem non tenetur parochianus vitare in confessione neque in communione, in aliisque Sacramentis.

DVBIVM

DVBIUM XI.

An si simonia, vendere Sacramentalia permanentia nempe Calicem consecratum, Corporale, Capellam, Ecclesiam?

70
Nonnulla
promitto.

Sacramentalia dupliciter distingo. Alia sunt transeuntia, quae solum consistunt in actione, neque habent effectum permanentem, ut sunt benedictio nuptiarum, exorcismus, Catechismus in baptismo. Permanentia sunt alia quae effectum habent permanentem, ut sunt consecrationis Calicis, vel Ecclesiae, &c. De primis non est dubium, quin simonia sit, prout pro illis recipere, quia sunt ministeria sacra, & clericalis Ordinis actus. De secundis est questio, an simonia sit, pro illis pretium offerre, ac reciperere.

71
Simonia est. **S**imonia est, quia *cap si quis obiecit* 1. *quest. 3.* tam spirituale, quam corporale vendi prohibetur, & subditur ratio: quia quisque horum alterum vendit, sine quo nec alterum prononit, neutrum inuenditum detrahitur: atque consecratio non prononit abque corporali materia: ergo non potest materia vendi abique eo quod consecratio vendatur. Idem probat ex *cap. quest. est, cum tribus sequentibus* 13. *quest. 2.* Sic nonnulli antiquiores, nimirum canonis textui haerentes.

72
Non est simonia. Non est simonia Sacramentalia permanentia vendere, quia ibi non venditur benedictio, aut consecratio calicis, corporalis, vel Ecclesiae, sed materiale illud, ad quod alia sequuntur. Ita Sylvest. *v. simonia, quest. 12.* Vgolin. *tab. 1. de simon. cap. 44. §. 2. num. 10.* Suar. *tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 14. num. 18 & 22.* & alij communiter.

73
Sententia Auctoris. Dixerim, haec omnia quibus spirituale consequenter annexum est, possunt abique simonia vendi, modo carius ratione consecrationis non vendantur. Nam res illae, scilicet aqua benedicta, Ecclesia, panis, agnus, corporale, & reliqua Sacramentalia permanentia consecrata non amittunt suum valorem per consecrationem: ergo vendi possunt sicut antea, & ita videmus vni esse receptum. Neque obstat *cap si quis obiecit*, nam ut recte explicat D. Thom. in 4. dist. 25. loquitur non de rebus, quae antecedunt consecrationem, & benedictionem, & can. est illam aestimabilia sunt etiam omni ordine secundo, qualia sunt, quae enumerantur: sed potius loquitur de illis, quae consecrationem consequuntur, qualia sunt ins percipiendi beneficii redditus, quod ius ad ipsam institutionem beneficii consequitur & tunc optime inferitur: quisque horum alterum venderet, sine quo nec alterum proderet, id est, proficere, & vilitatis est, neutrum in venditum detrahitur.

DVBIUM XII.

An possit sine simonia labi pro Ecclesiastica sepultura pretium recipi?

Recipi non potest, quia in *cap. Abolenda* 13. *de sepultura.* canetur ne aliquid pro sepultura recipiatur. Ins enim sepultura potest. Sacramentale quidem est. Sic illi antiquiores, de quibus dubio proximo.

Potest recipi, quia ibi non venditur proprium ius sepulturae, sed materiale sepulturae. Ita Sylvest. *v. simonia, quest. 12. test. Vgolin. tab. 1. de simon. cap. 44. §. 2. numero 10.* Castro Palao *tom. 3. de sim. p. 8. num. 4.* Suar. *tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 14. n. 18. & 22.*

Ego quidem existimo, posse Religiosos, vel clericos, qui fuerint domini alium ecclesiam, vel capellam etiam consecratam vendere dominium, & proprietatem illius, quantum valuerit fundus, & expensae, quae factae fuerint in eis edificandis, quia ibi non venditur benedictio, nec ius proprium sepulturae, sed materiale illud, ad quod alia sequuntur. Idem dixerim de eo, qui vellet onerare Ecclesiam, ne alius praeter ipsum, vel eius descendentes in ea sepeliatur: posse inquam, ab eo exigi pretium pro illa obligatione, quia omnis illud pretio est aestimabile: & ex alio capite non est spirituale, nec spirituali annexum, sed omnino accidentarium. Ipse tamen patronus, & fundator capellae pretium nullum exigere potest, ut permittat, aliquem extraneum inibi sepeliri, quia vnum sepulturae venderet, contra decretum *cap. Principis, & capit. in Ecclesiastico, 13. quest. 1. secunda.* Pro loco autem communi, & sepulturae fidelium destinato nullum pretium exigi, vel recipi potest, quia videtur extractum pro sepulturae vii, quod est quoddam Ecclesiasticum officium. Sylvest. *v. sepultura, quest. 1. secunda.* & Doctores communiter. Potest tamen recipi quidquid in sustentationem fuerit gratis oblatum: imò exigi quidquid consuetudine receptum sit donari, quia tunc non exigitur, ut pretium. Sylvest. *supra.* Aragon. *secunda secunda quest. 100. a. 4.* Valent. *d. sexta quest. 16. punct. secundo.* Hac ex ratione existimo, excoletari posse Religiosos, vel clericos petentes pro sepultura digniori in loco constituta, hoc est, prope altare, maiorem summam pretij, quam pro sepultura in corpore Ecclesiae, quia hoc postulant ex consuetudine, & in sustentationem ministrorum, non in pretium maioris dignitatis: sicut qui pro Missa maiori maius peteret stipendium. Lege Suar. *tom. 1. de Relig. l. 4. c. 14.*

DVBIUM

DVBIVM XIII.

An pro cuiusvis virtutis exercitio Clerici obligati committant, simoniam, si stipendium non debitum exigant?

77
Certa sup-
pono.

Certum est, pro actibus in aliorum vilitatem cedentibus, quales sunt exequi defunctorum, Missæ, officia divina, non posse pretium aliquod recipi. *Cap. cum in Ecclesia. Cap. Non satis. Cap. ad Apostolicam. cap. suam, de simon.* Bene tamen potest pro omnibus huius officii stipendium sustentationis recipi, & de eo pacisci. *Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 15. numero quinto.* Quæ conclusio procedit specialiter de Sacerdote alias non obligato hæc officia ministrare; dignis mercede sua. Verum si loquamur de aliis clericis obligatis hæc officia divina exercere, quæsierim, an simoniam committant, si pro his actibus stipendium non debitum exigant.

78
Committunt
simoniam.

Committunt plane, si aliquid supra id quod est consuetudine receptum exigant etiam in suis sustentationis stipendium. *Quia cap. Ad Apostolicam, de simon. & cap. Videntes v. q. 3. id prohibetur.* Et quia de sustentatione iam illis est aliunde profuturum. Ergo non habent titulum ratione cuius exigant stipendium. Sic Suarez, citatus, Gutierrez *canon. q. 1. cap. 29. a. 1. n. 15.* Sylvest. *v. simonia. numer. 9. Solus de benef. p. 1. q. 7. n. 16.*

79
Non committunt.

Non committunt. Quia licet de sustentatione sit aliunde eis sufficienter proutum: possunt stipendium exigere ad superabundantem, & non debitam sustentationem: sicut qui pro eadem re duplex premium expostulare. Ergo inde non præsumitur, illum simoniam committere. Ita Lessi. *l. 2. c. 3. d. 8. n. 51. & 53. Solus l. 9. de inst. q. 6. articulo prim. Tolet. l. 5. c. 89. nu. 6. Valent. d. 6. q. 16. pun. 3.* Profecto sententia hæc probabilior est plane, quia pecunia illa non expostulatur ut sacrificiorum, vel orationum premium; sed ut motum, & ex cuius affectu sacrificia exhibentur. Fateor tamen simoniam præsumi, licet non sit: veram autem esse in iustitiam, dum premium pro debito exigunt ministerio.

80
Hoc plane
probabilius.

DVBIVM XIV.

An simonia sit exigere pecuniam ab ingredientibus Religionem pro ingressu, etiamsi ad sustentationem eorum exigatur?

81
Simonia
est.

Simonia est. Quia *cap. Nullus. cap. Dilectus. & 2. cap. Audiuimus. cap. Quamuis, de simon. & Extravag. 1. eodem rit. prohibetur, ne pro Religionis ingressu ali-* *Escob. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.*

quid quomodocumque offeratur. Sic Archidiaconus apud Palao citandum Vgolin. *de simon. tab. 1. c. 4. §. 1. n. 16.*

Non est simonia, siue Monasterium indigeat, siue opulentum sit, quia hoc fert consuetudo recepta præcipue in Monialium Monasteriis, in quibus videmus nullam recipi forminam, nisi sufficientem pecuniam ad sui sustentationem adferat, vel alia ratione sit Monasterio proficua. Ergo signum est, hoc non esse iure Ecclesiastico prohibitum, aut si prohibitum est, consuetudinem aduersus prohibitionem inualuisse. Ita Sylvest. *v. simonia. quest. 15. Solus l. 9. de inst. q. 6. articulo secundo Valent. d. 6. q. 16. pun. 2. Palao tom. 3. d. 32 de simon. pun. 9. n. 3. Aragon. 2. 2. q. 100. a. 3.*

82

Hoc vnice defendo Nam textus adducti loquuntur plane de exigentibus pecuniam pro Religionis ingressu, non de exigentibus pecuniam pro ingredientium sustentatione, quia eodem modo loquuntur de exigentibus pecuniam pro ingressu, ac de exigentibus pecuniam pro Ordinatione, Fateor, *cap. Quoniam 40. de simon.* magis vigere, ibi enim Pontifex prohibet Monasteriis monialium ne paupertatis prætextu aliquid exigant, sed respondeo cum Suario *c. 17. n. 14. & Lessi dub. 12. n. 7.* hoc solum contingere, quando Monasterium re vera inopia non afficitur, & nihilominus illo titulo aliquid exigit. Ratio tamen contingere potest, Monasterium non agere ingredientis subsidio, ne propter illius ingressum alia officia sibi vtiliter impediantur, neve aliis aptioribus præcludatur ingressus.

Hoc vnice
defendo.

DVBIVM XV.

An pro officio docendi Theologiam, pressum dare vel recipere sit simonia?

Quinque sunt Theologiæ functiones. Prima est, deducere conclusiones ex fidei principij siue necessario, siue probabiliter. Secunda, scripturas interpretari. Tertia, dare responsa ad pacandas conscientias. Quarta, doctrinam Christianam edocere. Quinta concionari. De prima & secunda Theologiæ functione quæsierim, an premium dare vel recipere pro eis simonia sit?

84

Quæstio
secunda.

Est simonia, quia munus Theologi, ut ait Aug. *l. 14. de Trin. c. 1.* est roborare, illustrare, ac credibilia facere fidei principia, & ex illis principijs illustratis, & roboratis deducere conclusiones: At talis deductio non solum à principio naturali, sed etiam à supernaturali, & proposito per fidem divinam procedit: & ideo maiorem certitudinem habet, quam quælibet conclusio scientifica: & ex alio capite conducit maxime ad spirituales salutem: Ergo est huiusmodi munus inuendibile. Ergo pro eius documento premium dare, vel accipere, simonia est. Sic valud. in *4. distinct. 25. questione quinta. num. 20.* Din. Antonin. *p. 2. tit. 1. c. 5. §. 7. notab. sext.* Sylvest. *vers. simonia. questio. 10.* Inclinat.

85

Simonia
est.

Inclinat Hostiens. ad c. quia nonnulli de proscriptis.

86
Simonia
non est.

Simonia non est, quia licet Theologia procedat à principis reuelatis: non tamen ab illis, quatenus reuelata sunt, sed quatenus modificatur per naturalia principia. Nec ordinatur hoc munus per se ad animæ salutem, sed ad illustrandum intellectum in hac doctrina, sicut in alia scientia naturali. Ita Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. capit. 18. numer. 7. Glos. ad cap. vendentes 1. question. 3. & capit. qui studet, 1. question. 1. v. sanitatis. Adrian. quodlib. 9. a. 1. Victoria relect. de simon. numero 6. Sotus l. 9. de inst. question. 5. a. 1. & question. 6. a. 2. ad 2. Lessi. l. 2. cap. 35. dub. 13. num. 80. Tolet. l. 5. cap. 88. num. 3. & 4. & habetur l. 10. tit. 17. part. 1. & ibi Gregor. Lopez.

87
Hoc proba-
bilis esse
defendo.

Ergo autem probabilis reor esse, simoniam non committi, si recipiatur pecunia pro munere docendi, & interpretandi scripturam, (interpretationem, quæ fit ex spiritus sancti instinctu si excipias,) quia per accidens est, quod Theologia procedat à principis reuelatis, & fide diuina creditis, ad hoc munus docendi. Nam qui de aliquo principio fidei voluntariè dubitaret, eodem modo posset docere, sicut qui habet fidem: ergo per accidens se habet concursus supernaturalis fidei ad huiusmodi officium. Hinc infero, pro licentia docendi procedente à iurisdictione temporali, pretium recipi posse: vendere gradum Doctoris, seu Magistri simoniam non esse.

DVBIVM XVI.

An simonia sit pro casuum conscientie
responsione, pretium
accipere?

88
Simonia est.

Simonia est, pro tertio illo munere Theologi, quod est casibus conscientie responsione dare pretium accipere, quia interrogans, ad pacandas conscientias, & ad alios supernaturales fines huiusmodi interrogationes refert. Sic Lessi. l. 2. cap. 35. dub. 13. num. 78. & 79.

89
Non est
simonia.

Non est simonia, quia illa instructio est naturalis, & humano labore acquisita: ergo vendi potest, quæ ratione Canonistæ pretium recipere assolent pro huiusmodi responsis, sicut & pro aliis Consiliis: non ergo debet Theologus peioris conditionis esse, cum responsa ab viroque procedentia eiusdem rationis existant. Ita D. Thom. 2. 2. quest. 100. a. 3. ad 3. Nauar. sum. cap. 23. num. 100. Suar. tom. 1. de relig. l. 4. capit. 18. numer. 19. & 20. & alij.

90
Hanc eligo
sententiam

Probabilis hæc esse iudico, neque obstat, interrogantem ad pacandas conscientias & ad alios supernaturales fines huiusmodi interrogationes refert, quia eius intentio non mutat actionem, quæ per se ad id, non ordinatur: solum enim talis responsio ad illustrandum intellectum per se ordinatur, & ad ig-

norantiam auferendam, ne aliquid contra rectam rationem, ac iustitiam fiat. Addiderim, pro quarto munere, quod est doctrinam Christianam docere, probabilis iudico posse pretium recipi, si solum instructio ad iuuantem memoriam alterius, & exercendam illam, referatur. At si doceatur Christianus non solum ad memoriam iuuantem, sed etiam ad confirmandum eum in fide, & operandum iuxta illam, hand dubium talem instructionem supernaturale opus esse, vtpote ad supernaturalem finem ordinatum. Idem dixerim de instructione infidelis, vt ad fidem conuertatur, & maxime si talis instructio facta sit in baptismo, quia tunc est Ecclesiasticum ministerium. Suar. capit. 18. numero 19. & 20. Denique de quinto munere Theologiae, quod est concionari, & infideles ad fidem persuadere, & fidelis in eius similitudine roborare ad eisque incitare oblationem: simoniam esse pro eis pretium recipere, quia Sacra concio refertur primum & per se ad mouendam voluntatem, & inclinandam illam ad bonum: est ergo ex parte finis maxime spiritualis. Ex parte etiam principij constat cum Predicatoribus sint Dei ministri, & eius loco subrogati.

DVBIVM XVII.

An pro labore operibus spiritualibus
intimè coniuncto, & ab illis insepa-
rabilis, possit sine simonia labo-
rium recipi?

91
Recipi potest, quia Math. & Luca 10
Affirmatur, ministrantem in his rebus
spiritualibus dignum esse mercede: at
non est dignus mercede ratione bonorum
spiritualium, quæ aliis confert: neque ratio-
ne actionis, quam confert, si enim hæc pos-
sent sine vilo labore, & temporis diuturni-
tate confert, nullam mercedem, pretiumve
exigere posset: Ergo est, dignus mercede
pro labore, ac tempore, quod in Sacris
agendis infumit, & quatenus ille Sacrae actiones
sunt sibi molestæ & aliarum actionum
sibi vtilium impeditur, quæ ratione maiori
stipendio, ac sustentatione dignus est, qui
tota die confessiones exaudit, quam qui vna
hora: & qui Missam canit, quam qui illam
recitat. Alias deterius essent conditionis Ec-
clesiæ ministri, quam auctores & negotiato-
res temporalium rerum, qui ob defatigatio-
nem, & laborem impensum, & tempus, quod
infumant, possunt aliquid recipere. Cur ergo
ministri, qui salutis negotiis incumbunt pri-
uari debent temporali subsidio. Sic Adrian.
quodlib. 9. a. 1. lit. O. Aluodorus. de simon. p. 3.
q. penult. Bonavent. in 4. d. 25. a. 1. question. 4.
Maior. lib. 1. quest. 1. §. Hæc tunc Glos. cap. simo-
nificatum, de prebend. v. Itaque. Iul. Clarus v.
simonia, n. 1. Arag. 2. 2. q. 100. Lessi. consentit
ex parte c. 35. dub. 8. n. 53. & 45.

92
Non potest recipi, quia labor intrin-
secus operi nullam aliam æstimationem
habet recipi.

Secl. II. De simonia Dubia. III

habet præter ipsum opus qua ratione opus, cui maior labor pretio cæteris paribus est dignus: Ergo si opus ex se inuendibile sit etiam labor et adiunctus inuendibilis erit: At omnes laici actiones iure diuino inuendibiles sunt: Ergo etiam labor iuris adiunctus inuendibilis erit. Ita Dutand. in 4. dist. 25. q. 3. num. 10. Gutier. Canon. q. 29. num. 12. Manuel. v. simonia, c. 48. concl. 5. Valent. d. 6. q. 16. pua. 2. Tolet. l. 5. capite 88. num. 5. Suar. 10. 1. de Relig. lib. 4. cap. 21. numer. 5. plures citans Host. ad Cap. 3. Ne Prelati vices sum. Sotus l. 9. de inst. quest. 6. articulo prim. Sylvest. v. simonia, quest. 9. Victoria relect. de simonia. num. 29.

93 Hanc sententiam probabiliorē esse crediderim, quam exemplo declaro. Si lapis pretiosus, cui annexa est aliqua proprietas prohibetur emi ac vendi, etiam illa proprietas seu virtus lapidis emi ac vendi prohibetur, quia non potest emi, ac vendi proprietas per se sine lapide. Ergo cum iure diuino prohibetur opus sacrum vendi, ac emi, etiam labor, et defatigatio, quæ illi necessario, ac per se sunt communia, quæ quædam proprietates, vendi ac emi prohibentur. Facitque ad id Can. si quis obierit l. q. 3. ibi: Qui horum alterum vendit, sine quo nec alterum prouenit, neutrum inuenditum de re. quit. Porro argumentum pro prima sententia adductum solummodo probat, ministrantem in his officiis dignum esse mercede, hoc est, stipendio pro labore suscepto; & quo maior labor incipit, eo cæteris paribus, dignior est maior stipendio: non tamen probat, illum laborem posse vendi; siquidem est supra omne pretium, vt potest in rebus spiritualibus susceptum.

DVBIVM XVIII.

An simonia perpetret crimen, qui accepit pretio, omittis denunciare peccatum est ad id ex officio obligetur?

94 *Plura recolo de venditione alium ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinere.*
Suppono, pro nullo exercitio Ordinis, & potestatis spiritualis posse pretium recipi. Vnde sacerdos abluens indignum pro pecunia, simoniam committit. At Sacerdoti in iure non est absolueri a peccato, vel censuris potest pecunia dari, vt à praua voluntate desistat, non in absolutionis pretium. Pretio autem confecti non potest Ecclesiasticus iudex siue ordinarius, siue delegatus. Pro muneribus tamen, & officiis iurisdictionem temporalem habentibus pretium absque simonia recipi potest: sed non est licita hominum officiorum venditio ex nostri Regni legibus. Pro collatione, institutione, possessione concedenda non potest pecunia, etiam in sustentationem recipi, nisi ex antiqua consuetudine habeatur, in pios usus conuertenda. Pro dispensatione in votis, iuramentis impedimentis matrimonij, aliisque Ecclesiasticis legibus

nequit pecunia etiam in sustentationem accipi, possunt tamen sic dispensari imponere dispensationem ad aliquam elemosinam onus. Ordinarij, aliique officiales exequentes dispensationem a sede Apostolica concessam, nequeant pro examinatione testium, alteriusque laboris in eius expeditione pretium, etiam in sustentationem recipere. Pro patrocinio in causis spiritualibus licite potest pecunia recipi. Non autem pro omissione pertinente ad spirituales potestatem. Hæc certa. Quæritur autem, an simonia perpetret crimen, qui pretio accepto, omittit denunciare peccatum, si ad id ex officio obligetur? Nam si ex officio ad id non tenetur, simoniam non committit, quia delatio peccatoris non est ab aliqua spirituali potestate.

95 *perpetrat simoniam.*
Simoniam perpetrat Parochus, parochianum in Paschate v. gr. non communicantem, pro pecunia accepta Episcopo non manifestans, quia Pastores neque ut pecunia recipere, vt subdit corrigat, vel a corrigendo desistant. Sic Glof. & Panormit. ad Cap. Nemo, de simo. Anto. Syluest. Palud. Vgolin. & alij relati a Suario tom. de Relig. l. 4. cap. 22. num. 15. Qui hanc sententiam probabilem reputat, & reddit rationem. Quia Parochus hanc denunciationem omittens suo munere abutitur, & quantum in se est impotentem absoluit, & a censura liberat propter pecuniam. Docet Din. Thom. 2. 2. q. 100. a. 3. ad 3.

96 *Non perpetrat.*
Non perpetrat simoniam, quia etsi parochus omissionem denunciationis liberet tutum à supplicio: non tamē in hac liberatione iurisdictionem exercet, cum non absoluat poenitentem, nec proprie liberet a censura. Ita Suar. vbi sup. a. n. 14. Innoc. Cap. Nemo, de simo. Hostien. in ibi. Lel. l. 2. c. 35. dub. 1. n. 64.

97 *Hoc tenet & confirmat.*
Scio, in confirmationem primæ sententiæ adduci cap. Nemo de simon. vbi prohibetur presbyteris, ne a peccante publice aliqui accipiant, vt eius peccatum Episcopo, vel eius ministris celent. Attamen textus hic secundæ sententiæ, quam eligo vt probabiliorē, contrarius non est, quia duas habet partes, vnam à principio vsque ad verbum Ne quemquam exclusiue: aliam in toto illo versu vsque ad finem. In priori prohibetur presbyteris ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicum peccatorem Episcopo, vel ministris eius: at in hac parte nullum est de simonia verbum. Vnde videtur illud prohibitum tanquam bonis moribus contrarium, & Clericorum officio: non tamen vt contrarium Religioni, ac simoniacum. In secundæ autem parte prohibetur Clericis, reconciliare quempiam, vel reconciliationem alicui negare propter pretium: & redditur ibi ratio: Quia simoniacum est utrumque. Quæ verba non referuntur ad priorem partem Capitis, sed tantum ad posteriorem; nam particula Vtrumque (ait Suario) duas tantum partes complectitur, quæ debent esse proxime præequentes. Ergo non cadit in eas, quæ remote præeecedunt.

DVBIVM XIX.

An Beneficium Ecclesiasticum inuendibile esse procedat ex iure diuino?

98
Certa sup.
pono.

Certum est iuxta omnium Doctorum mentem, beneficium Ecclesiasticum, (nempe Episcopatum, Abbatiam, Prioratum, Archidiaconatum, & alias Ecclesiasticas dignitates, Canonicatus, Vicarias perpetuas, & alia huiusmodi) inuendibile esse iure diuino, quia parte importat ius spirituale administrandi, quia tale ius spirituale, & sacrum est, & à Christo Domino institutum. Iure autem positivo inuendibile esse, quia parte est ius obtinendi fructus. *Cap. vi. de paltis, Cap. super eo, de translat. Cap. Querelam. Cap. Tunc nos, de simon. Cap. vi. de Ecclesiastica beneficia 1. q. 3.* Contraria autem est inter Doctores an iure diuino sit prohibita beneficij venditio, quia parte est ius fructus obtinendi.

99
Et prohibi-
tione.

Est prohibitum iure diuino, quia si beneficium accipitur, quatenus est ius ad annos redditus obtingens per officium sacrum: cum officium sacrum, & ius administrandi spiritualia inuendibile sit iure diuino, etiam est inuendibile ius ad annuos fructus, quod medio illo officio, & iure spirituali acquiritur. Ergo beneficij venditio quoad ius annuorum reddituum iure diuino prohibetur. Sic communiter Theologi quos refert, ac sequitur Suar. to. 1. de Relig. l. 4. c. 24. n. 7. & 12. Valent. d. 6. q. 16. pun. 2.

100
Prohibitum
non est.

Prohibitum iure diuino non est, quia summus Pontifex potest prebendam, seu fructus beneficij, & ius illas percipiendi à titulo spirituali, hoc est, à iure administrare, vniue conferre huiusmodi ius spirituale, alteri vero, vel sibi applicare ius percipiendi fructus: ut quotidie contingit, cum pensiones assignat, poterit pensionem illam, seu fructus, quos extrahere vult à titulo spirituali, velle, ut accipiens beneficium statim redimat, & sibi conferat, saltem non tollaturus beneficium, quod autem hoc Pontifex possit, constat. Quia ipse solum tenetur conferenti beneficium sustentationem tribuere. Ergo si aliunde huiusmodi sustentationem cōferat poterit omnes fructus illi beneficio assignatos sibi applicare. Ergo iam sibi applicatos poterit vendere, siquidem non vendit aliquid quod sit simpliciter spirituale. Ita Canonice communiter, quos refert Suar. & Valent. citari.

101
Auctoris
resolutio.

Ego autem cum Lessio l. 2. cap. 35. dub. 2. n. 18. existimo utramque sententiam æque esse veram. Vnde resolutio, beneficium in hoc casu esse inuendibile formaliter, siquidem non venditur ius percipiendi fructus medio spirituali officio contingens, quod erat necessarium ad beneficij venditionem: sed venditur ius percipiendi fructus, quod Pontifex sibi poterat retribuire.

DVBIVM XX.

An pensio possit sine simonia propria auctoritate redimi?

Duplicem recolo esse pensionem, aliam laicam, aliam Ecclesiasticam laica vendi potest, Ecclesiastica minime absque simonia. *Questio vero est, an absque simonia possit propria auctoritate pensio redimi?*

Non potest, quia beneficiarius redimens pensionem reddit beneficium tibi magis utile: potest enim colligere illam partem fructuum, quam soluere tenebatur. At potestas colligendi illam partem fructuum est titulo spirituali annexa, siquidem est proprium officium. Ergo fieri id propria auctoritate absque simonia non potest. Sic Plan. l. 6. de resignat. benef. q. 2. num. 128. Nauar. comment. 52. & 53. de prebend. Sotus l. 9. de iust. q. 7. articulo secund. Victoria relect. de simon. numero. 52. & 53. Azor. to. 2. l. 8. cap. 10. quest. 10.

Potest quidem. Quia illud, quod per se, & immediate quis acquirit redimendo pensionem, est immunitas, & libertas ab obligatione, & onere pendendi quotannis illam partem fructuum: libertas autem ab hoc onere, & obligatione non est spiritualis, neque spirituali per se annexa: nam esto beneficium inde erit magis utile beneficiario ob facilitatem retinend. omnes fructus: hoc est extrinsecum & accidentarium redemptioni pensionis; siquidem redemptio non per se respicit hanc utilitatem, sed solum libertatem illam ab annua solutione. Ergo absque simonia labe potest propria fieri auctoritate. Ita Valent. d. 6. q. 16. pun. 3. Suar. to. 1. de relig. l. 4. c. 26. num. 24. & 26. Tolet. l. 5. c. 92. num. 1. Lessio l. 2. c. 35. dub. 2. num. 124. & 129. Caiet. opus. 16. resp. 25. ff. 10.

Cum his opinor, existimans redemptionem pensionis nihil aliud esse, quam anticipatam quandam solutionem fructuum, quos singulis annis beneficiarius soluere tenebatur. Cum igitur fructus vendi possint, etiam & redimi. Nil ergo spirituali annexum emittur. His tamen non obstantibus, ad redemptionem pensionis adest semper Pontificis auctoritas interuenire, non quia necessaria, sed ad maiorem securitatem: & quia iam ex Corti stylo hoc est receptum. Garcia asserente p. 1. de benefic. c. 5. n. 23.

DVBIVM XXI.

An ius patronatus inuendibile sit ex iure diuino?

Certum est, venditione translationemque ius patronatus simoniam esse iure Ecclesiastico, si pretio fiat, *Cap. De iure Cap. quod ius.* Preterea de iure patr. quia ius patronatus est ius

fus præstandi ad beneficia concessu laicis ab Ecclesia ex gratitudine alicuius obsequij ab ab illis accepti, ac proinde est spiritualibus annexum. Quæserim vero, an patronatus ius sit ex iure divino innendibile?

106 Non est innendibile ex iure divino, quia Non ex in hoc ius in se non est spirituale, sed tantum innendibile ex spiritualibus annexum, cum detur laicis, iure divino. & transeat ad heredes, & extraneos per donationem, ut constat ex iure, & ex praxi. Et eius actus, qui est præstare ad beneficium non videtur spiritualis, cum ratione illius præsentatus non acquirat ius in beneficium, quousque Prælati illud conferat. Sic Abbas Decios, & alij in rubr. de iure patron. & ad Cap. Quarto, de iudiciis. Socus l. 9. de iust. q. 7. a. 1. Nau sum. c. 23. n. 98. & 99. Sylvestr. v. simonia, quest. secund. & alij re- lati à Saario tom. 1. de Relig. 4. capite 28. numer. 6.

107 Est ex iure divino innendibile, quia hoc ius est spirituale, utpote ab Ecclesia institutum, & concessum per spirituales potestatem, & ad spirituales actum ordinatum qualis est præsentatio. Ita Glof. ad cap. Piamenis 16. q. 7. & Cap. Præterea 1. de trāsactione. Lessius lib. secund. cap. 35. dub. 22. numer. 128. Suar. n. 7.

108 Probabilius hoc esse iudico. Non enim ob- Probabilius stat, dari hoc ius laicis, & ad heredes tran- sisse: nam hæc proveniunt ex gratia, & fa- vore Ecclesiæ, quæ sicut poterat communicare laicis ius eligendi ad beneficia, quod spiri- tuale est, sic communicavit ius præstandi Itaque ius patronatus est spiritualibus anne- xum, scilicet beneficii præsentationi; sicut etiam ius eligendi, & potestas conferendi be- neficium est annexa spiritualibus; sed hoc non obstat quominus etiam sit in se spirituale & Sacrum, sicut est potestas conferendi be- neficia, & ius eligendi ad illa. Denique præ- sentatio dat ius præsentato ad beneficium, non proximum, sed remotum, quatenus ex vi præsentationis, si persona idonea sit necessa- rio debeat institui. Cap. significasti & Cap. suggestum, de iure patronat.

DUBIUM XXII.

An ad permutationem Beneficiorum sine simonia piaculo facienda sufficiat approbatio Prælati inferioris, si non habeat ad id præscriptam consuetudinem?

109 Certum est, extra materiam beneficio- rum nullam permutationem esse simo- niacam. Tractare autem partes de beneficiis permutandis, & se vicissim obligare sub conditione, si superior consentit, licitum est. At si beneficiorum permutatio, & cuius- vis spiritualis iuris, si auctoritate propria fiat, est simonia iuris humani, & est omnino it- Ezech. & Mend. Theol. Mor. Tom. VII.

rita. Auctoritate verò superioris facta licita quidem est. Fieri potest coram eo, qui po- testatem habet, beneficia conferendi. Quæ- serim verò de Prælati inferiori non habente Episcopalem iurisdictionem, pertinet- tam ad illum beneficiorum collationem: an in- quam approbatio eius sufficiat ad permuta- tionem faciendam absque Episcopi consensu? Et quidem si habeat præscriptam consuetu- dinem approbandi permutationes, nemini est dubium sufficere, cum ratione consuetudinis ius acquirat: si verò non habeat hanc consuetudinem sufficitne eius approba- tio?

Non sufficit. Quia licet ad ipsum perti- neat collatio, seu institutio beneficiorum, hoc non sufficit ad permutationem approbandam, quod quidem Episcopalis potestatis munus est. Sic Suar. tom. 1. de relig. lib. quarto cap. 32. numer. 14.

Sufficit equidem superioris inferioris huiusmodi approbatio, nec Episcopi consensus requiritur, quia in cap. vii. de rer. permutatione in 6. approbatio, ac consen- sus Episcopi requiritur in permutatione be- neficiorum, quæ ipse conferre potest, non in aliis. Dicitur enim ibi. Qui secundum for- mam iuris sua beneficia in eadem Diocesi ad tuam collationem spectantia permutare volentes: libere & sine fraude in manibus suis ipsa resignent. Ergo quæ ad collationem Episcopi non pertinent non tenentur, in ma- nibus Episcopi resignare. Ita Angel. v. Permu- tatio, num. 3. Sylvestr. ibi, 2. q. 2. Soms l. 9. de in- stit. q. 5. a. 2. & q. 7. a. 2. Suar. tom. 1. de relig. l. 4. c. 32. n. 1.

Hanc teneo sententiam. Nam consensus Episcopi in permutationibus idem expecta- tur quia sine illo nec renunciatio beneficii, nec alterius obtentio fieri potest. Cum ergo possit absolute beneficium resignari, aliud- que de nono obtineri sine Episcopi consensu, quando ad illud collatio, seu institutio non spectat, est, cur dicamus necessarium eius con- sensum. Et denique quia ille Prælati, ad quæ spectat, habet in hac parte Episcopalem iurisdictionem: siquidem beneficiorum collatio propria est Episcopi, Cap. Omnes Basilice 19. question. 7. Ergo quoad tales actus rectè potest sub nomine Episcopi comprehendi.

DUBIUM XXIII.

An ex Ordinarij consensu sine simo- niæ in permutatione Beneficiorum inæqualitas fructuum spiritualium, scilicet, Decimarum, primitiarum, & obligationum per impositionem pensionis possit compensari?

113 Cum permutatio facienda est de benefi- cio tenui cum pingui, potest Episcopi consensu imponi beneficio pinguiori aliqua pensio, ut compensetur inæqualitas fructuum, quidem.

Quia ordinarius, iusta causa intercedente potest pensionem imponere, ut asserunt *G. g. de pens. q. 6. referens Orlandum, Felinum, Antonium de Butrio, Innocentium, Imolam, Ancharranum, Decium, & Saccialipum Z. rola in praxi Episcop. p. 2. v. Pensio, num. Gonzalez Reg. 8. cancel. glos. 5. §. 5. num. 27.* Sed in tali permutatione ob inaequalitatem fructuum compenlandam, est causa iusta, ut dicit Lessius *l. 2. cap. 3. 4. dub. 38. num. 205.* Ergo fieri potest permutatio hae sine simonia Ordinarij auctoritate. Sic Nauar. *conf. 43. de simon. n. 4.* Ioan. Nicolaus Delinas *de iure patron. l. 2. q. 18. num. 161.* Gonzalez *supra* alios referens.

114 Minime potest, quia Episcopus prohibetur beneficia conferre cum diminutione in tit. *Non potest.* Ut beneficia sine diminutione conferantur. Si autem consentire in pensionem posset, iam beneficium cum diminutione conferret. Ita Garcia *p. 1. de benefic. cap. 1. num. 341. & 344. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 34. num. 16. Valent. d. 6. quest. 16. p. n. 3. Manuel parte secund. sum. capite 65. num. 6. Arag. 2. 2. q. 100. artic. 4.*

115 Haec sententia communior quidem magis placet, maxime cum iam consuetudo huiusmodi facultatem Episcopis denegavit. Unde solum summi Praefatus auctoritate hae permutatio firma fieri, me iudice, poterit.

DVBIVM XXIV.

An resignatio Beneficij sub conditione, seu pacto, in manibus Episcopi contineat simoniam?

116 Certum est, ad validam licitamque beneficij resignationem requiri superioris consensum eam acceptantis: nullum vero preter Pontificem admittere posse beneficiorum resignationes sub conditione, ut alteri detur beneficium sine ei pensio imponatur, siue nō. Quia Episcopus non potest denno beneficia conferre, nisi prius vacent *Cap. vni. de rer. permut. in 6. & Clement. vni. eodem. tit.* At beneficium resignatum sub illa conditione non vacat, quoniam alteri conferatur. Ergo. Difficultas autem est, an hae resignatio in manibus Ordinarij facta contineat simoniam?

117 Simoniam ex iure solum Ecclesiastico continet, praecipue post constitutionem Pij V. §. 8. quae incipit, *Quanta Ecclesia Dei.* Quia omnis pactio in spiritualibus est prohibita ob simoniam vitandam *Cap. fin. de pactis.* Cum autem in praesenti sit prohibita, hae pactio coram Ordinario sit plane simoniaca. Sic Flamin. *de resignat. l. 5. q. 6. & l. 14. q. 3. num. 12.* Garcia *p. 1. l. c. 3. §. 2. n. 152. & 154. & aliis relatis.*

118 Non continet simoniam. Quia in praesenti non ardet Ordinarius ad acceptandam resignationem, ac proinde nulla interponit pactio, neque aliquid pretio aestimab. ile, pro

quo renunciatio fiat. Ita Conarrubias *lib. pr. variar. capite 5. numer. 5.* Zerola *pr. ax. Episc. parte prima ver. Renunciatio, 2. & 3.* Quianadue. *l. 2. Ecclesiast. a num. 19. usque ad 28.* Duaren. *de benefic. l. 8. c. 2. §. Quomodo beneficium.* Lessius *lib. secund. c. 35. num. 86.* Valent. *d. 6. q. 16. p. n. 3.* Valquez *de benefic. 2. §. 4. dub. 7. & alij apud ipsos.*

Existimo, hanc sententiam valde esse probabilem licet à prima quae communis est, recedat. Quam eligendam mihi duxi eo quod recognouerim, renunciationem hanc in constitutione Pij V. ut simoniacam non prohiberi, sed ob alias rationes, quae Pontificem impulere.

DVBIVM XXV.

An committat simoniam resignans liberè Beneficium in manibus Ordinarij, & ab illo supplicans, ut alicui certa persona conferat, vel ea intentione id resignans?

119 Simoniam committit. Quia Pius V. in constit. §. 8. quae incipit, *Quanta Ecclesia Dei.* profatur, *Caveant autem Episcopi, utrumque omnes electores praesentatores, & patroni tam Ecclesiastici, quam laici, quicumque sint, ne verbo quidem aut nutu futuro in huiusmodi beneficia, & officia successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione, vel heritu designentur, aut de eis assumendis promissio inter eos, aut intentio qualicumque intercedat.* Prohibetur ergo quilibet designatio, & intentio inter conferentem & resignantem de beneficio certae personae conferendo, etiam si pactum non interueniat. Sic, *Suar. tom. 1. de relig. l. 4. c. 35. numer. 17. Mann. tom. secund. sum. cap. 60. num. 1. c. sol. ad Cap. Ex parte prin. v. dimittere. Gomez in rub. de triennali possessore, quest. 16. num. 3. & 4. Rebus. In praxi benefic. de resign. pura principio, & in Cap. de resignat. condition. numer. 4.*

Non committit simoniam, nec prohibita est resignatio facta coram ordinario ea intentione, ut certae personae detur, modo non mittit. Quia in Pij V. constitutione solum prohibetur designatio & intentio in conventionem tacitam aut expressam deducta. Ita Nauar. *sum. c. 23. nu. 107. & conf. 11. & 38. de simon. Petr. Gregor. de benefic. cap. 28. n. 7.* Ioan. Gutier. *canon. qq. l. 2. q. 23. n. 75.* Azor. *p. 2. l. 7. cap. 2. l. q. 3. & c. 27. quest. 6.* Garcia *p. 1. l. de benefic. 3. n. 161.* Flamin. *de resignat. l. 12. q. 6. & num. 3. & alij innumeri ab eis relati.*

Hanc sententiam probabiliorē planē defendo. In cuius maiorem perspicuitatem ex Doctoribus recolo, resignationes reciprocas coram ordinariis locum non habere sed esse simoniacas. Resignationes reciprocas vocito eas, in quibus resigno meum beneficium in fauorem tui nepotis, & tu in mei

Seçt. II. De simonia Recept. Sent. 115

mei fauorem resignas. Quia licet ibi quædam permutatio videatur adesse, est tamen mixta cum resignatione in fauorem, quæ ordinariis omnino est prohibita Lessi. l. 2. c. 35. dub. 14. num. 87. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. c. 35. num. 18. Non valere resignationem à te factam coram Ordinario in fauorem tertie personæ sub titulo permutacionis, cum tamen illa tertia persona nullum habeat beneficium permutandum, quia si cognoscis, alium beneficium carere, non intendis permutare, sed resignare in fauorem: quam tamen resignationem nequit ordinarius admittere. Azor. tom. 2. l. 7. c. 29. q. 16. Garcia p. 1. l. c. 4. numer. 19. Posse ordinarium, iuxta probabilem sententiam, admittere renunciationem suppliciter factam de beneficio cum reservatione pensionis, quia (vix vidimus) potest ordinarius ex causa pensionem beneficio imponere. At quia probabilius duxi ex recepta consuetudine & Curie stylo non posse Episcopum pensionem imponere: ea de causa neque potest beneficii renunciationem admittere. Suar. 10. l. de Relig. l. 4. c. 35. num. 21. Lessius l. 2. c. 34. dub. 38. & c. 35. dub. 14. n. 9. Plura mitto.

D V B I V M XXVI.

An si quis resignet Beneficium cum intentione, ut resignatarius iterum conferat nepoti resignantis: perpetret simoniam conuentionalem?

123.
Non per-
petrat si-
moniam.

Non perpetrat, nec sufficit resignationem fieri cum intentione manifesta arctandi, & obligandi resignatarium, ut in fauorem resignantis beneficium rursus resignet; aut fructus soluat: sed requiritur etiam tacitum; vel expressum pactum huius obligationis. Quia sine huiusmodi pacto non committitur simonia conuentionalis: & consequenter neque punibilis per Pij V. constitutionem. Sic Lessius l. 2. c. 35. numero 95. & 96. Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 43. num. 12. Azorius tom. 2. l. 7. c. 27. quæst. 6. Nauar. sim. cap. 23. num. 100. §. 6.

124.
Perpetrat
planè.

Perpetrat planè, quia Pius V. in constitutione incipiente *Intolerabilis*, data Kalendis Iunij anno 1569. quæ est 87. dicitur, si quis quacunque autoritate Ecclesiam, vel Monasterium, aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecunque ex resignatione, vel cessione cuiuscunque persone simpliciter, aut cum circumscriptione retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam solâ dimittentis intentione receperit &c. hæc confidentia consecratur. Subditur inferius, In quouis horum casuum confidentia prauitas sit contracta, licet ipsum confidentie crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Igitur resignans beneficium ea intentione, ut resignatarius quæneat obligatus, iterum in sui fauorem beneficium resignare; vel fructus solvere: simoniam committit puniendam: modò tamen intentio illa recipientis beneficium non sit mani-

feſta. Quia absque hac manifestatione solum erit simonia mentalis, quæ poenis Ecclesiasticis non subiacet. Cap. fin. de simon. l. 1. Garcia p. 1. l. de benef. cap. 3. num. 184. Flam. d. e. confident. q. 26. num. 39. & 40. Suar. tom. 3. de censur. d. 22. sect. 1. nu. 15. & 16.

Primum eligo sententiam. Ad verba autem Pij V. affirmantis cenſeri confidentiam si-
moniacam commississe, qui receperit benefi-
cium ea intentione ut postea dimittenti es-
set regressus cum Nauar. citato respondeo
illa verba solum intelligi de præſumptione,
hoc est, si in exteriori foro probetur, dimittentem habuisse intentionem arctandi & obli-
gandi resignatarium, ad sic resignandum
beneficium: eo ipso præſumatur resigna-
tarius simoniam commississe confidentialem;
mecum etiam Vgolin. tab. 1. de simon. cap. 22.
§. 3. num. 1. Gutier. l. 2. Canon. qq. q. 23. numero
89. & Zaballus q. 280. n. 20.

D V B I V M XXVII.

Qui Beneficium resignat, conditione adhibita, ut sibi pensio soluatur perpetratne, simonia confidentialis prauulum?

Non perpetrat, quia Pius V. in constit. *Intolerabilis* ait, sufficere ad simoniam confidentialem incurrendam, ut tibi, vel alteri ius recuperandi referres, cum verò loquitur de pensione, aut de fructibus beneficii, aut esse simoniam confidentialem, si beneficii fructus, aut pars illorum alij, vel aliis concedatur, vel pensiones soluantur ex eisdem, Ex qua verborum mutatione colligi videtur, renunciationem factam cum onere soluendi pensionem, vel fructus dimittendi, simoniam confidentialem non esse: esse tamen, si facta sit renunciatio cum onere soluendi illam pensionem alij, vel aliis. Sic Nauar. conf. 33. numero quarto & consil. 76. numero. 6. de simon. Vgolin. tab. 1. cap. 22. §. primo. numero. 8. Menoch. de arbit. cent. 6. casu 566. n. 8. Lessi. l. 2. cap. 35. num. 97.

126
Non per-
petrat.

Perpetrat profectò, simonia confidentialis, crimen, quia ibi à Pio V. datur pro confidentia simoniaca resignatio beneficii sub conditione, ut prout fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum conferentis, aut cedentis, aut alterius relinquit, & remittat, Ergò idem dicendum est de resignatione sub reservatione pensionis; pensio enim pro parte fructuum debet computari. Ita Suarez tomo primo de relig. lib. 4. capite 43. numero. septum. Garcia parte 11. de benef. 3. n. 194.

127
perpetrat
profectò.

Hanc sententiam veriorè esse crediderim. Nam in Bolla Pij I V. quæ incipit, *Romanum*, & est 109. in Bullar. data 17. Kalend. Nouembr. anno 1564. ad cuius confirmationem Pius V. suam (de qua non semel hic gessi mentionem) expediuit, ut ex proœmio constat, damnatur ut

128
Hanc me-
moria verio-
rem esse
credo.

K 4 simoniaca

Seet. I. De Simonia Recept. Sent. 117

punct. 3. Arag. 2. 2. quest. 100. a. 2. Mann. tom. 2. sum. c. 6. m. 2. Suar. t. 1. de Relig. l. 4. c. 50. m. 25. Lessi. l. 2. c. 35. dub. 18. n. 109.

135
Hoc tenet,
& ex hac
doctrina
nonnulla
elicio.

Hanc doctrinam veriorē admodum esse profiteor. Ex qua fit, tibi non licere dare pecuniam subornatori, ut à subornatione desistens, tibi specialiter faueat, tuamque procuret electionem; quia parares pecuniam viam ad beneficium. Poteris tamen illi pecuniam impertire, ut à subornatione desistat; quia pecuniam largiris, ut ab actione tibi nocua desistat. Quocirca in casu, quo sunt plures electores, & contrarius oppositor aliquos subornat, non licet tibi alios, vel eisdem subornare, ut tibi potius, quam alteri faueant; est enim hoc directè viam parare ad beneficium acquirendum media pecunia: quod cap. de hoc, de simon. prohibetur. Existimarem tamen in rigore loquendo, licere tibi electoribus iam subornatis pecuniam dare non ea intentione, ut tibi specialiter faueant: sed ut deponant animum, & affectum propensum, quem erga unum competitorē habent ob pecuniam ab eo acceptam, hoc enim in casu non paras viam ad beneficium, magis quam esset ante subornationem iniuriolam, & in toi factum odium parata. Video tamen, hoc maximo subitici periculo incidendi in simoniam, & in foro externo ita presumendum:

DVBIVM XXX.

An quis possit sine simonia piaculo pecunia alligere electores, ut dignissimum eligant, casu quo in aliquo concursu, aut electione timeat vehementer, indignum, vel minus dignum esse eligendum?

136
Non potest.

Non potest, quia licet electio dignioris debita sit Ecclesie timore iustitiae legalis: non autem facienda sunt mala, ut bona eveniant. At in hoc casu daretur pecunia tanquam pretium electionis, quod iniquum, ac prohibitum est. Sic nonnulli non immeriti Theologi, quos consului. Fauct. Toletan. infra.

137
Potest equidem.

Potest equidem, quia Ecclesia secundum probabilem sententiam habet ius commutativae iustitiae, ut electores magis dignum eligant, vel saltem electio dignioris debita est Ecclesiae iustitiae legalis timore aut fidelitatis. Ergo electoribus propensis hoc ius infringere, poterit quis pecuniam impertire, ut ab illa propensione, & iniuria inferenda desistant. Tunc enim non dat ille pecuniam tanquam electionis pretium, sed sub onere electionis in avaritia electorum satietatem, eorumdemque frustrationem. Ita Caiet. in tom. 3. opusc. 11. q. 9. quest. 3. Soms l. 9. de iust. quest. 6. a. 1. ad 5. Maior. in 4. dist. 25. quest. 5. ad 2. Hique de Pontificis electione oquuntur. At generatim de electione ad quodlibet beneficium, Navar. sum. cap. 23. num. 10. 2. Valent. tom. 3. d. 6. q. 116.

punct. 3. Lessi. l. 2. capit. 35. dub. 18. & 19. num. 113. Probabile docet esse Toletan. l. 5. cap. 90. num. 5. Suariusque consentit tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 50. num. 42. casu, quod non possit adiri superior, qui pravam voluntatem impediret.

138
Hoc fere
certum esse
credo.

Hoc fere certum esse crediderim. Malum enim hoc in casu non fit, ut bonum recte electionis eveniat, sed procul dubio bonum pro bona electione praestatur. Ex quo fit, nullatenus licere tibi praevenire pecuniam, vel muneribus electores eo colore, ne indignum eligant, quando non apparet, eos esse propensos ad pravam electionem gerendam, quia censeris tunc dare pecuniam sub onere electionis, nulla causa legitima excusante, quod est simoniacum.

DVBIVM XXXI.

Si ad Beneficii electionem unus solum apparet idoneus liceretne tibi pretium offerre directè, ut ille eligeretur, si electores vellet in alios inclinare?

Non liceret, quia daretur pecunia pro eius electione, quod est simoniacum: sed hoc in casu deberet offerri pecunia directè, non ut dignus ille eligatur, sed ut non eligatur indignus. Sic Suar. tom. 1. de Relig. l. 4. c. 50. m. 41.

139
Non licet.

Licet directè, quia datur pecunia non ut electionis pretium, sed tanquam motivum tollens pravam illam electionem, & electorum affectum. Ita Lessi. l. 2. cap. 35. dub. 19. n. 114. Basil. de Leon. l. 5. d. matrim. c. 14. §. 6. m. 43. & alij.

140
Licet equidem.

Existimo, Suar. mei venia, necessarium non esse illam scrupulum inticere: sed directè & absolute posse impertiri pecuniam, ut eligatur dignus ille, non tanquam pretium electionis, (ut dixi) sed tanquam motivum auferens pravam illam electionem, affectum. Quare et si electores pecuniam recipiendo simoniz admittant piaculum, quia non habent causam legitimam, quae eam acceptionem honestet. At tu liber es à delicto, eo quod in redemptionem vexationis iniustae, & remotionis impedimentorum legitimae electionis eam tribueris.

141
Hunc scrupulum ne eligatur dignus ille, non tanquam pretium electionis, non esse exi-

CAPVT

CAPVT X.

Circa Poenas Simoniacis à iure
imp. suas.

DVBIUM XXXII.

An qui recipit rem spiritualement, nempe
Ordinem, aut Beneficium sub promissio-
ne pecuniae solvenda, quam tamen
non soluit: incurrat poenas simoniacis
praescriptas?

132
Nonnulli
suppono.

SUPPONO, nullas poenas esse iure
proatas, nisi simonia fuerit com-
missa in Religionis ingressu, aut in
Ordinis, vel beneficii acceptione, pro si-
monia mentali, in quacunque materia sit,
nullam esse impositam poenam. Pro conuen-
tuali ex neutra parte completam, poenam
nullam praescribi. Difficultas autem est, num
requiratur ad poenas incurrendas, simonia
completam esse ex utraque parte, hoc est, &
pretium esse datum, & beneficium rece-
ptum: an sufficiens sit recipere beneficium,
vel ordinem sub danda pecuniae promissio-
ne. Et quidem si beneficium, Ordinem, vel
Religionem quis accipit, & pretium aliqua
ex parte soluit, licet non integre omnes Do-
ctores, teste Suarez tom. 1. de Relig. l. 4. cap. 5. c.
num. 17. affirmant, sufficiens esse ad incur-
rendas poenas, quia illa simonia iam est com-
pleta ex utraque parte, siquidem res spiritua-
lis data est propter pretium solutum. Verum
quando quis recipit rem spiritualement, scili-
cet, Ordinem, aut beneficium sub promissio-
ne pecuniae solvenda, neque soluit, quae-
ritur, an poenas simoniacis praescriptas incur-
rat.

143
Non incur-
rit.

Non incurrit, quia ita fert stylus Curiae,
neque poenae extendendae sunt, sed restrin-
gendae, praecipue cum *Extravagans, de re-
stabile aequae de datione ac receptione pretij
ac beneficii* loquatur. Sic *Manu. tom. secundo
cap. 53. numero tertio*. Valent. *disp. sexta qua-
est. 16. punct. sexto*. L. 1. Si. Suar. *Aula. Azorius
Gonzalez*, & alij innumeri relati à Garcia p.
octava de benef. capit. primo numero 19. Co-
narru. *reg. peccatum. p. secunda §. octavo numero*
septimo Saucedo *praerim. Bertrud. Diaz* c. 91.
lit. D. Valent. d. 6. q. 16. punct. 6.

144
Incurrit
plane.

Incurrit plane, quia in *capit. E. qua primo
quaest. 1. tertio*. Gregor. XVI. I. sic ait: *ea,
quae à sanctis Pontificibus de simoniaco sta-
tuta sunt, neque à iudicio S. Spiritus, &
Apostolica auctoritate firmamus, quidquid*

*ergo vel in Sacris Ordinibus, vel in Ecclesi-
asticis rebus etel data, vel promissa pecunia ac-
quisitum est, nos irritum esse, & nullam enquam
vires habere censemus*. Ergo quando beneficii
collatio acquiritur propter promissionem pec-
uniae, nullas vires habet, sed irrita omnino
est: & similiter si accipiatur Ordo, nullas vi-
res habebit, scilicet, quoad vltim. Ergo iam
poenae impositae simoniacis incurrunt, etiam si
simonia non sit ex utraque parte completa.
Ita Caetan. *secunda secunda quaest. 100. d.
sexto* Sotus *l. nono de insti quaest. octava art.
primo* Tolet. l. *quint. capit. 92. numero tertio*
Garcia *vbi sup. à numero* 28. & à numero 32.
punctibus alijs relatis. Et probat pluribus Re-
decisionibus hanc sententiam ex stylo Curiae
esse receptam.

Valde probabilem potest esse sententiam
primam, secundam verò probabiliorē esse
credo, spectato iure. In *Extravagan. secunda*,
dicitur de simoniaco ordinatis, ut sint ab Or-
dine suspensi: qui autem sub promissione
pecuniae Ordines receperint, simoniace illas
recepti, & non gratis, ut constat: incidit igitur
in poenas, in *capit. nobis, de simon.* dicitur,
electionem sub promissione pecuniae factam
esse penitus reprobendam. Quae verba deno-
tant nullitatem ipso iure, ut ponderat Felin.
ad *cap. insinuatum, de simon.* & Garcia *supra*,
num. 23.

DVBIUM XXXIII.

An Episcopus, possit dispensare cum
simoniaco occulto in inhabilitate
propter simoniam
contractam?

NON potest dispensare, sed semper est in-
habilis ad illud beneficium habendam, Non potest
etiam fuit simonia confidentialis; ad omnia
beneficia, quovisque Pontifex dispenseret. Ne-
que in privilegio concessio à Tridentino epi-
scopis circa casus occultos hic comprehen-
ditur, quia hic non est casus occultus perti-
nens ad Sacramentalem absolutionem; neque
est censura, neque irregularitas; sed quaedam
vindictiva poena: in id poena introducta
post concilium; unde facultas data à Concilio
non extenditur ad casus nona lege Pontificia
reservatos post Concilium, ut respondit Gre-
gor. XII. *laudita* Congregationis relatione.
Sic *Farinac. vol. quart. decis. rora fol. 77.* Docto-
res communiter. Et hoc fuit expressè declara-
tum à Sacra Cardinal. Congregatione.

Potest quidem, quia haec inhabilitas, ut
probat Henriquez *citandus* est quasi quaedam *Potest.*
irregularitas: concessa ergo facultate dispen-
sandi in omnibus irregularitatibus occurrentibus,
videtur ad hanc inhabilitatem extendi. Ne-
que obstant Cardinalium decisiones quia etsi
magnae sunt auctoritatis, non est necessarium
eis standum, ut expresse dicit Sanchez *l. 8. de
matr. d. secund. numero* 10. respondens eundem
Cardinal.

Cardinal. decisioni : & de stylo curiæ ac Ro-
tæ decisionibus docet similiter Vasquez *sono*
secund. in primam secundæ D. Thom. d. 177. c.
vlt. numero 75. vbi optime probat declaratio-
nes vel decisionis Rotæ vim legis non habe-
re. Adde in prædictas declarationes facile ex-
plicari posse, vt scilicet, intelligantur non pos-
se Episcopum dispensare cum simoniaco in-
habili ad obtinenda beneficia, quibus priua-
tus fuit per sententiam: nam ante sententiam
benè poterat cum occulto dispensare. Ita
Henriquez l. 13. capit. 56. numero primo &
lit. F. Lessi. reputat hoc esse probabile l. 2. c. 35.
dub. 25. n. 140. Consentit Suar. r. 1. de relig. l. 4.
cap. 61. n. 11.

148
Hoc proba-
lem esse, sed primam, communem quidem

esse præferendam & sequendam in praxi. *bile. pri-*
Dico itaque, si ignorante beneficiario simo-
nia commissa fuit, & ipse bona fide benefe-
cium recepit, posse Episcopum, si beneficium *habitus*
omnino.
sit simplex, post liberam illius resignationem,
iterum idem beneficium eidem conferre : se-
cus verò si beneficium maius sit ; tunc enim
non poterit pro illa vice, quia debet prius al-
teri confecti, & postea si vacet, poterit con-
ferre huic simoniam ignorant. *capit. penult.*
de elect. quod si sciens simoniam commise-
rit, nullo modo posse Episcopum dispensare,
sed semper inhabilem esse ad illud benefi-
cium habendum : & si fuit (vt dixi) si-
monia confidencialis, ad omnia benefi-
cia, quovisque summus Præsul dispen-
set.



Ad

Ad Deiparam Dominam Meam, Epilogus.



QVEMADMODVM Arca foederis quædam fuit turris fortitudi-
nis, quæ Israëlitas tuebatur, vnde medium eorum locum obtine-
bat, vt ab omnibus misericordiam imploratoris, æqualiter
adiretur: *Numer. 2. n. 2.* ita ô Beatissima Virgo tanquam turris
fortissimi cunctos status hominum, Clericalem scilicet, Religioſum, &
ſæcularem tuo patrocínio protegis, ac defendis. Vnde medium Orbis locum,
vt ab omnibus pariter requiraris, diceris occupare. *Operatus eſt ſalutem in
medio terra. Pſal. 37. n. 12.* in Maria videlicet, quæ (teſte Bernardo ſer. 2.
de Pentec.) mirabili proprietate terra medium appellatur. Ad illam enim ſicut
ad medium, ſicut ad Arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæ-
culorum reſpiciant qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequemur. Licet
autem omnes hominum ſtatus pietatis ſinu protegis, ſpecialiſſime in Ec-
cleſiaſticum tuus fertur affectus. *Sumpſit olim Maria ſoror Aaron tympanum
in manu ſua. Exod. 15. n. 20.* Cur dicitur ſoror Aaron potius quam ſoror
Moyſis? Reſponder Oleaſter. Quia familiarior eras Aaroni. At cur ad
vnam potius fratrem, quam ad alium inclinabat? Vt in Maria prophe-
tiſſa Mariæ Deiparæ ſpecialis in Ecceſiaſticum ſtatum affectus adembra-
retur. Sæcularem ſtatum amas ô Domina, ſed ſingulari dilectione Ecceſ-
iaſticum proſequeris miſericordiæ addiſtum. Nam ſublato thuribulo & hau-
ſto igne de altari, pergit citò ad populum, vt oret pro eo Aaronis inſtar.
Numer. 16. n. 46. Igitur ô Virgo non tanti Moyſis ſeu ſtatus ſæcularis
gladium facis, quanti Aaronis thuribulum: huiusque non tam Dominam
gloriabundate appellas, quam ſororem. Ecceſiaſticus enim ſtatus tuam
homines pietatem ſpeciali iure imitatur. Aaron Sacerdotum Pater ſans inter
mortuos ac viuentes pro populo deprecatus eſt, & plaga ceſſauit. *ibid. n. 48.* Sed fri-
get illius Charitas, ſi cum tua charitate comparetur. At tota ad miſericor-
diam prona miſericordiæ ex Sacerdotali munere dedito peculiari quodam
affectu miſeraris.

Laus Deo, Deipara, Iosepho, Ignatio, Antonio.

R. P.